K
248

Digitized by Google

[illegible] [illegible]



SACRARIVM AGRIPPINÆ

Hoc est

DESIGNATIO ECCLESIARVM COLONIENSIVM

Præcipuarum Reliquiarum: Quarundam itidem Antiquitatum memorabilium, una cum Peregrinatione, quam vocant Romana, crebrius loco adiuncta: hinc inde, partim experientia, partim monimentis partim relatione Virorum fide dignorum, in gratiam tam Vbiogermanorum, quam pietatis causa ad Vrbem conuolantium; sub olim oculato teste, nunc Wirceburgi Cartusiano F. Erhardo Winheim Albimontano collecta.

CVM CONSENSV SVPERIORVM ET PRIVILEGIO Sacræ Cæsareæ Maiestatis.

COLONIAE

Sumptibus Bernhardi Gualteri

Anno Domini 1607.

Bibliot. Secr. Coll. Rom. Soc. Jesu

ADMODVM REVERENDO RELIGIOSISSIMOQVE IN CHRISTO PATRI AC DOMINO, D. HIERONYMO ABBATI, CELEBERrimi Monaſterij Ebrach Ord. S. Bernhardi digniſs: nec non eiuſdem per Oſtro Franc: Viſitatori meritiſſimo, Domino ſuo gratioſo ac Mecænati plurimum colendo.

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE

Mirum merito videtur, ADMODVM REVERENDE IN CHRISTO PATER, AMPLISSIME DOMINE, *cur ſolùm ingratitudinis vitium, quibuſuis alijs execrabilius, certa aliqua ſtatuta pœna careat. Nam voluas licet ac reuoluas, ſiue ſacros, ſiue prophanos codices, vix tamen & ne vix quidem vllam præciſè inuenies. Altius igitur latentis myſterij energiam ponderanti mihi, ideo fortè à maioribus noſtris, vtpotè ſinceritatis amantibus, ſilentio inuolutam*

Digitized by Google

(ſi coniÿcere licet) animo ſubÿt, quod aliquē ingratum aliquando futurum, minimè ſibi perſuadere potuerint, nedum quod non deſint, qui ſentiāt, ideo huic tanto crimini nullam legibus pœnam ſtatutam, quod ſit deteſtabilius, quam quod ab homine vindicari poßit. Quorum candore, quid iucundius, ſuauius, pulchrius?

Aderas REVEREND: DOMINE PRAELATE, *dum ſuperis bene fortunantibus, quinto Calendas Maÿ, anno ſupra milleſ: quingētes: nonageſimo ſeptimo, primum propitiatorium Deo Patri in Cartuſia Herbipolenſi offerrem ſacrificium, ac tremendum hunc actum, præſentia tua, muneris omnibus abſoluta, pro voto, (quod tenaci memoria indeſinenter teneo) non ſolùm cohoneſtâras, verùm etiam, vt peramplius inditam humanitatem, ac gratioſißimum, ſinceriſsimumq; erga immeritum me exhiberes affectum, Bibliothecā noſtram ibidē præſtantißimis ſanè operibus, ornaras, auxeras. Quid quam frequēter Genitorem, me, meosq; clemēter, hoſpitio ſuſceperis, perhonorificè tractaris, benignißimè nobiſcum conuerſari delectatus fueris, dicam? Si latus hoſpitis aſpectus*

opti-

optimum ferculum, an nō te ipſum totum exinanitum in oblata nobis menſa liberaliſſimè apponere conſueſti? Sed niſi nouiſſimè pertranſeuntem me adhuc intra conclaue aduocari iuberes, comicè ſatis, propriæ dignitatis oblitus, ſolus cum ſolo conferres, ac vt nonnunquam literarum quid, è quibus, quis, ſiue publicus, ſiue priuatus rerum mearum ſtatus, perſpicere poſſes, exararem, intimares; omnem præcedentem humanitatem aut nullam, aut prorſus exilem reputaſti, adeò ſancti ac melliflui Patris tui Bernhardi ſpiritu, quo dum adhuc in carne eſſet, in Cartuſienſes feruebat plurimum, duplicatus tu pariter æſtuas. Aequum ſatis deſiderium, vbi intra decentes limites ſe cōtineat: Si enim grati atq; ſubmiſſi animi propenſionem ſpectet, quid iuſtius? Si verò tales, quales amicus ad amicum, quid indignius? Quid enim Prælato cum tenuioris ſortis homine? Quid in Principum aulis occupato cum deliteſcente in ſolitudine? Nil quidem fateor magis mihi in optatis, quam accedere, et exporrectum gratiæ ſceptrum attingere; aſt quia in cōparatione venuſtiſſimæ Eſther totus de-

 ficio,

cio,tanto amplius præ magnitudine gloriæ tuæ exanimor,quanto minus tenerrimam eius pulchritudinem poſſideo. Diadema quippe Aſſueri Mitræ Tuæ comparatum, tantò inferius eſt, quantò vilius; quippe cum Regum colla genibus Prælatorum ſeſe ſubijciant, & exoſculatis dextris eorum, orationibus ſe communiri credant: Ita vt quãuis aliàs ad Abbatem perſcribere meæ paruitatis non ſit,ſola tamen hac in parte, ſummæ impudentiæ eſſet, nedum ingratitudinis (quam cane et angue peius odi) tuis obtemperare iuſſis nolle, beneficijs omni humanitate plenis,pro modulo reſpondere non velle.

Dictis itaq; rationibus motus,dum ſum parêre paratus; paululum, quonam præcipuè Themate tanto Prælato digno,vterer, mente pertractaui, & mox in Sacrarium hoc noſtrum, quod iam pridem confecerã, incidi.Cùm enim Vbiogermani, vt fert opinio, ex omnis generis mortalium Seminario,Naui puto Noachina,in feraciſſimã Agrippinenſem terram,lacte & melle,imò tot millium Martyrum ſanguine fluẽtem, Agrum iſtum Vrſulanum, ipſam demùm Ciuitatem Dei,tam fœlicem,tam ſanctam

Colo-

Coloniam propediem ſint deriuati; certè quin via tam longinqua, eaq; aſpera multoties caſtra metati ſint, nemo reor ambigit. Quia verò abſq; propitiatorij comitatiuis Textorijs, Sanctuario, ac fœderis Arca (ſicut & Iſraelitis) proficiſci illicitum illis; ſimulac cogitabundo animo, de tanta fabrica induſtrio aliquo Architecto ſuſpēſus hæſi Dicebam namq;: Et ſi rudiori Minerua, dum ſuperioribus annis abhinc 16. liberalibus ſtudijs, apud Germanorū Athenas incunbebas, relaxationis tempore, affecta abs te, templatim collecta, pro ſanctuario aliquo cōflando, fauoris cauſa, quo tātoperè erga populum iſtum multum afficeris, libenter ſuppeditare velles; forſitan illa non aurum, argentum, uniones, gēmæ, aut ligna Sethim, ſed potius ſcoriū, lapides, & ſtipulæ reputabuntur, nedū quod ſcias neminē, qui manum operi admouere velit: vel licet ipſe hāc Prouinciā ſuſcipere malles, non tam ingenij magnitudo, quā operandi deeſt facultas. Hæc & his ſimilia anceps meū ruminando, fragmenta interim qualicunq; illa, tanto cū affectu coaceruata, nō penitus Garamantis tradenda, verū collectionis iſtius, priuatū poti⁹ quod-

dam commodum, elicere animo concepi. Fœtu ergo grauidus, ſollicitius de partu, quonam nomine vocaretur cogitans, illum cum multo labore iam enixus SACRARIVM AGRIPPINAE *appellari placuit, ita vt ſi ſolidatum, populo iſti vſui eſſe poſſet, bene quidem, ſin minus, domi duntaxat mea, naſceretur. Nec mora: Nam vbi ſubiectum cum prædicato vnire iam cœpiſſem, Honeſtus vir D. Bernhardus* Gualtherius *Bibliopola Colonienſis, vndenam neſcio idipſum odoratus, vt ſuis typis ratum aliquando excudi ſinerem me precibus expugnauit, vir ſanè, qui animarum lucro (quale ſibi inde pollicetur) plurimum æſtuat. Cui vt pro beneficijs, tam à ſe, quam ab eius anteceſſore piæ memoriæ* D. Henrico *Falckenburg, viro inter amicos meos nulli ſecundo, vbertim in me collatis, vtinam, atque vtinam modo omnibus gratificari ſcirem. Itaque vbi opus, vbi labor, pro tali inſtituto præ foribus iam adeſſet, & hominem qui multas, easque ſat arduas nonnunquam emergente difficultates, mihi enodaret, non haberem;* Admirandum illum Antiquarium Orbis vrbium, inſignis illius Theatri induſtrium

ſtrium Fabricatorem, Reuerend: D. Georgium Braun, Theologum & Hiſtoricum famoſiſſimum, Archidiaconum Tremonienſem & Decanum in Vbio Germanorum Colonia Marianum digniſſimum, ipſa humanitate humaniorem ac prorſus venerabilem ſenem, D. ac fautorem meum ſingularẽ, *ilicò mihi excitauit; Qui non ſolùm lubens ſuggeßit, verùm etiam, vt hiſce cœptis, à pluribus hactenus deſideratis, pro gloria Dei alacriter inſiſterem, aures ſubinde vellicauit. Quid, quantoperè mihi calcar addiderit, dicam, quod cernerem ſuperiores, non tam lubentes quàm volentes eiuſcemodi conatibus, ad tantorũ præſertim virorum inſtantiam annuere? Ego enim etſi literaturam non cognoſcens, ideo in potentias Domini, vt ſolius iuſtitiæ eius recordarer, introgreſſus fuerim: attamen, quia auſcultare gratiùs Deo ſacrificium, quàm arietum adipem offerre, rectè mihi acquieuiſſe videor.*

Quapropter vbi iam illud completum, iure quodam ad Agrippinates, tanquam exinde, ceu fonte, profluentem riuulum, ad principium ſuum recurrere paſſus fuiſ-

 ſem,

ſem,ni hædus in lacte matris ſuæ abs me hac ratione coctus videretur. Operæpretiũ ergo me facturum putaui,ſi cum eo ad te REVEREND: PATER, *tanquam forenſem aliquem Aaronem excurrerem; tam vt ſimul votis tuis facerem ſatis,quàm vt magnifica Sacrarij Agripp: gloria,etiam longè lateq; diffunderetur: Nemo enim lucernam accendens, operit eam vaſe,ſed ſupra candelabrum ponit, vt luceat omnibus,qui in domo ſunt. Id quin nihilominus multi ob inſalutatos Vbios ſint admiraturi,dubium nullum eſt; ſed an iuſtè damnare quis poßit,quod ex debita diſcretione procedit, nullatenus video; cùm nec Agamemnon Rex Aiaci,quæquam manibus obuia, aut Samuel Sauli cõmunia aliquando obtulerit,ſed armum illi ſeorſum (quem recumbenti apponeret) ſeruandum curarit; ita vt digniſsimis Agrippinenſibus,dignius quid ab aliquo digno exhibendum putem. Maneat ijs honor principalis, tibi verò* REVEREND: PATER, *iuſtum obſequium meum, quo ex æquo modis,quibus omni ex parte licet, te veneror atque exoſculor. Maneat (inquam) tibi eatenus Sacrarium Vbiorum, quatenus eo inſpe-*

cto,

ſto, & Ebracenſe ſecundum exemplar, vt aſſoles, exornare pergas. Nam ſi cultus diuinus requiratur, & ſacra quam pluri-ma Fana; Roma altera eſt Sacrarij huius typum gerens Agrippina. Si loci ſanctitas: multorum millium martyrum cruore pur-purata eſt. Si auita religio; Poſtquam fi-dem ſuſcepiſti, Ciuitas prænobilis; Recidiua non fuiſti, ſed in fide ſtabi-lis, *&c. de ea canitur. Si Clerus; caſtra Dei quis conſpicit. Si Eccleſiæ Colonienſis Antiſtes;* Reuerendiſſimus & Illuſtriſ-ſimus loci Archiepiſcopus S. Roma-ni Imperij Princeps Septemuir Ele-ctor, vtriuſque Bauariæ Dux inclytus Erneſtus, per Sereniſſimum Ferdinã-dum Coadiutorem pientiſſimum ac incomparabilem Principem, *eidem paternè præeſt. Si Magiſtratus; Catholi-ciſsimus eſt. Si Cõſul primarius; multoties iam conſulatum ſumma cum laude gerẽs, nobilitate & vita integritate ſpectatiſſi-mus Heros,* Ampliſſimus Dominus Io-annes Hardenrath, *tanta dexteritate atq; induſtria in adminiſtrando pollet, tamq; intrepidus Romanæ Eccleſiæ filius ac propugnator ſtrenuus exiſtit, vt*

pro eiuſdem fidei veritate, ſiue enſes, ſiue lanceas hæreticorum (quorum eiuratum hoſtem re & nomine ſe profitetur) minimè expaueſcat. Vir ſanè, vt in inſtituti ratio me ab vlteriori eius commendatione, humanitate præſertim (qua immeritum aduenam me annis ab hinc 16. integro triduo, largiſſima hoſpitalitatis gratia intra magnificas ædes recipiens complectebatur) auerteret; in ſyluam quandam præconiorum eius facilè inciderem. Ciues ergo, vt pergam, ſi ſciri intereſt, quã ſubditi; ſanguinem pro Magiſtratu ſuo funderent. Si liberalium artium gloria; Lutetia emicat. Si inhabitantium vitæ integritas, morumq́ probitas; plebem pietati magis addictam (pace omnium) facilè dabit nemo. Si comitas; eia quam ſunt humani? Si vnitas & cõcordia cui vnquam dextras dedêre? Si vrbis frequentia; nonne ſedulis æquiparantur formicis? Si loci amœnitas; planities terræ & Rhenus fluuius è vicino ſunt. Si cæli clementia terræ largitas, victusq́ commoditas; neſcio an plebeium illud (Extra Coloniam non eſt ſalus) *adeò abſurdè dicatur. Cùm enim Deus verè ſit in loco iſto, aliud eſſe nõ poteſt.*

poteſt, quam porta cœli: Nam quæ Natio tam eſt grandis, quæ Deos ita ſibi appropinquantes habeat, ac Deus Iſraël adeſt Agrippinæ ſuæ? Fateantur hoc velint nolint, omnes hoſtes, ac vt inimici eius ſint iudices, neceſſe eſt: Qui licet diuerſa mundi Climata, hæreſi & ferro ſint peruagati; attamen ſolum Agrippinenſe Solum, ne calcare quidem ſunt auſi. Quod, quin Sanctis eius tot vrbis patronis poſt Deum acceptum ferendum, iam dudum in auram effuſum eſt. Ergo

Tali quem viuere in vrbe, non iuuet? *Cuius pax inclyta & alma quies, omnium erga ſe animos, tantoperè prouocat? Cuius inquã tanquam olim bene tritæ, cum exiſtente inibi P. P. Cartuſianorũ ſuauiſſimi odoris cœtu attractus, ac florentiſſima S. Brunonis initiatoris patria illectus, nouiſſimo deſiderio tenerer; ſorte tandẽ poſt lõgam cõcertationem, illa mihi eius amatori maximo ad breue tempus obtigit quidem, ſed via tam arcta, vt non inconuenienter ſupernæ Hieruſalem typum gerat. O viam per quam ſolam & nullam aliam, Iacob ad Rachel ducatus præbetur. En vt difficilia, quæ pulchra. En vt ei quam S.*

Ioan-

Ioannes, in ſua Apocalypſi, varijs tunſionibus expolitam viderat, aſſimiletur.

Quod reliquum eſt, REVEREND: PATER, *vbi hoccine tibi tranſmiſſo Sacrario hilari fronte, te frui aliquando intellexero, factum bene putabo, tanquam ipſiſſimũ abs te hactenus deſideratum Thema. Et ſi temerè magis, quam fortè ſtatus mei ratio, ſecundùm quoſdam approbat, manum admoui, dent veniam obſecro ad id conducto. Si minus dextrè præſtiti, proſelytum me cogitent, non incolam: quaſi verò, cui alias magis propriũ latere quam prodire, ea quæ phalaris carent, proferre non eſſet integrum? metiatur quiſcunque lippus tenebrio indifferentiæ lance, non Arcadiæ lapide, an monacho, clerico ſuccenſendum ſi clericalia tractet rogatus, ſi ad Prælatum tam humilem, tamq́; benè de ſe meritum perſcribat, ita iuſſus? Tuum hac in parte* REVEREND: PATER *iudicium, ad retrahẽdum proboſcidem Phaleridianam (quæ domi talpam agens, alios ſemper probris figere, ſiti Tantalea ardet) appello. Et quamuis non eam inficias, Tuæ Dignitati volumen potius prægrande aliquod, quàm folia tam pauca deberi. pau-*

xillum

xillum tamen contentorum in illis magnitudo cordatum me reddit.

Accipe igitur REVEREND: PATER, *hanc quam expetiuiſti literariam ſalutationem, ac eam veluti amoris in te mei obſidem, æqui, boniq́; cōſulas, ac ſacram Cartuſianorum familiam, meq́; vnà cum illis pectori tuo inſcriptos perenniter retine. Tuq́ue pariter Patriæ ornamentum ad cōſeruādam ſine ruga tibi commiſſam Bernhardinam Congregationem, incolumis diu viue & vale, ac demùm poſt fatum in ſortem Sanctorum concede. Quam vt adipiſcaris, Aeterni Numinis inexhauſtam bonitatem indefeſſe inuoco. Herbipoli è Cartuſia Horti Angelorum 10. Febr. Anno Chriſtogenias M. DC. VII.*

Reuerend: Amplitud: Tuæ

humilimus clientulus

F. Erhardus VVinheim ibidem profeſſus.

AD

AD BENIGNVM LECTOREM PRAEFATIO.

INdifferens Lector, inſpecto Sacrario, collato cum titulo ſibi præfixo, ne quæſo in præiudicium id carpas, quaſi propter amplam Vrbis gloriam fuſius commemoratã, à ſcopo (qui erat, eius tantum Templa, præcipuas Reliquias, & res præclarè inibi geſtas connumerare) aberret; cùm contentorum ſine continente, mentionem habere indecens ſit; ita vt ſiquidem tali accidente neceſſario attingi debuerit, ſic meritò & ipſum Sacrarium præceſſerit, ſummis extollenda præconijs, omni laude digniſſima Agrippina, ſanctaque Colonia. Tu ſi vales id rectius diſpoſitum, exorna decentius, via tibi à me, adhibitis hiſce calcaribus, duntaxat demonſtrata. Sacramentum quippe Regis abſcõdere bonum eſt, opera autem Dei reuelare honorificum, nedum, qui in Sacrario operantur, quæ de Sacrario ſunt cõmunicant, atque depromunt. Crepant lapides platearum tuarum Colonia, ſi quæ intra te tanquam ſanctuarium, Sancti tui operati

ſunt,

ſunt, tacueris: participent obſecro de te, ſicut tu de illis participaſti, honorata rehonora, redamata redama, lauda Dei cooperatores, inuoca tuos Patronos: tota in linguas conuerſa, Voce laudis Sonora, cum iubilo, Agrippinæ Ambroſiana Hyblæa eructa, quatenus Deus in Sanctis laudetur, & piorum mentes tam dulci nectare illectæ, tecum pariter in laudibus reſonent. Cæterùm, vbi modò prolixior, ſuccinctior modò fuero, id quaſi pro affectu factitatum, temere iudicare abſtine, cùm partim plus minusve cognitionis adeptus fuerim, partim quod res ipſa poſtulabat, fecerim. Quid multis? Nemini enim hoc vlli vnquam mortalium hactenus conceſſum fuiſſe video, quantumcunque in quauis præcelleret facultate, vt in tanta paſſim iudiciorum varietate, omnium deſideria, animoſque omnium æqualiter expleret. Saltem quod modum in commendando minimè exceſſerim, Summi Pontificis Clementis VII. ad S. P. Q. C. Diploma commendatitium plus quam paternum, ſecurum me reddit, quod ideo non immeritò pariter pręmittendum cenſui. Poſtremò, quod intra Religionis terminos me tantum contineam, & ad exteriorem Populi Colonienſis, relucentem gloriam, facta attingendo Heroica, (quæ magna & multa forent) non excurram;

curram; id Sacrarij inſcriptio, ſicut non permiſit, ita nec promiſit, reſeruans idipſum ad Politiam vocato, qui Deo militans, fas non habeo, implicare me negotijs ſecularibus, ac prophana immiſcere ſacris. Quæ de Præfatione dixiſſe ſufficiant; ineptum namque circa eam effluere, & in ipſa narratione ſuccingi. Vale.

DIPLO-

DIPLOMA SVMMI PONTIFICIS CLEMENTIS VII. QVO COLONIENſium in fide Catholica perſeuerantia commendatur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Dilectis Filijs S. P. Q. C. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Quod ſemper à pietate veſtra expectauimus, ſupplicesque à Deo implorauimus, vt veſtra Ciuitas (olim Romani Imperij inſignis Colonia; deindeque Chriſtianæ pietatis, ſolida in iſtis regionibus columna, pollens opibus, robuſta viribus, celebrata literis) in tanta circunſtanti hæreſum propinquitate, ſe illæſam Deo conſeruaret; & ſi qua ſui parte corruiſſet, Dei munere cito conſurgeret; Id cum ſumma noſtra lætitia, veſtra maximè filij ſenatus pietate & conſtantia factum eſſe & continuo fieri audiuimus, idque ad nos iam vndique nuntiatur. Agimus itaque Diuinæ miſericordiæ gratias, quod inſignem ac percelebrem Veſtrā Ciuitatem à Sathanæ venenis tutata eſt, ſanctamq; Coloniā re & nomine effecit. Vobis autem filij, quas poſſumus laudes paterno affectu reddimus, quanquam multò impares veſtris meritis iudicamus: Veſtra enim

virtus & conſtantia, non ſolum ſibi ad ſalutem, verùm cæteris proficiet ad Exemplũ, ſecuturis, authoritatem tam inſignis, tamque eximiæ (nedum in Germania, ſed etiam in cuncta Europa) ciuitatis. Vos verò filij dilectiſſimi, vtinam occaſionem aliquando habeamus, noſtrum erga vos paternum ac peculiarem amorem exhibendi: Cuncta vobis quidem anniteremur ſigna oſtendere, paternæ noſtræ erga vos ac feruentiſſimæ charitatis. Hortamur magis ex abundantia affectus noſtri, quam quod neceſſe id vobiſcum arbitremur, vt incępto pietatis curſu perſiſtatis, primum conſulturi ſaluti, deinde etiam gloriæ veſtræ: atque à Deo ipſo, (cuius veram religionem à Patribus acceptam tuemini) immarceſſibiles meritorũ cumulos adepturi. A nobis verò & Sereniſſimo Cæſare, omnia expectaturi, quæ ab amantiſſimis parentibus in pientiſſimos filios conferri poſſint. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris M. D. XXXI. die 29. Nouembris, Pontificatus noſtri anno IX.

MAXI-

MAXIMILIANVS ET ANSHELMVS FRATRES, IN GERmani librum, Dialogiſmus.

Max: *Ecce nouis VBIOS, hîc cerne, coloribus aptè*
Depictos, noſtri Fratris arante manu.
Anſh: *Fors minio. benè, Si Minos Dictæus Iberũ*
Repperiat. Sed habet, fare; quid iſte Liber?
Max: *Sacra, vetuſtatem, virtutes, hoſtica tela,*
Deſcribit, profert, laudat, ab vrbe mouet:
Ne pereant; ne ruga ſit; vtq; imitentur: auellant.
Hæc habet. eſt ſummus finis & iſte Libri.
Anſh: *Hæc ſed TE, quia maior, agant: me Phyllidis arbor.*
Attamen & volupe eſt, ſi venit inde decus.
Max: *Non nego, quin Fratri decus immortale paretur:*
Atq; trophæa locent, gemmea præ QVILIO:
Qui ciues aſtu Ciuis defendit ab hoſte:
Nec ſolus, multis fultus at auxilijs.
Hic ſed ab Eois veniens vix Francidos oris,
Vnicus æternum, ſeruat ab hoſte VBIOS.
Seruat ab hoſte, ſitu, ruga, ſquallore, veterno:
Ipſius Apellæum non tamen indit opus:
Sat ſibi, diuino perfuſum hac arte liquore:
Atq; præijſſe alijs, quo meliora parent.
Sed repedo. Fratris comites en, nomen honosq;
Nosq; manens, ſi adſit, par labor, & pietas.

Anſh: *Quam poſſes? hei quam vellem! ſed donec vtriq;*
Rex Superûm vites, punica poma dabunt.

VOTVM PRO DOMINO ERHARDO VVINHEIM SVO COMPROFESS: Cartuſiæ Horti Angelorum, VVirceburgi.

DII plenam meritò vicem rependant.
Nutabant dubijs ferè, ſituque,
Res ſacræ ſuperûm, graues ſenectâ:
Has fœlix V B I I S, E R H A R D V S, arte
Sat certas dedit, & nouauit ære.
Dij plenam merito vicem rependant.

EIDEM P. CONFRATRI SVO INTIMO F. SIMON VVEISERVS Nemetanus.

Anagramma.

ERHARDVS VVINHEIM ALBIMOENIVS.
AH SERVA DIVVM LIMEN, VBIOS RHENI.

Forte Panomphæus diuino lumine, nuper
Vidit, ad interitum, Sacra, Vbiosque rapi:
Indoluit: mage ne fieret, mox Pleiade natum,
(Dedignans patrios) miſit ad arua procul.
Aliger I, noſtris, ait, his, vt mitis in antro,
Effice, Mnemoſyne, conſulat vna: canens,
AH SERVA DIVVM LIMEN, da VBIOS quoq; RHENI,
Cento pro factis, Nomen & Aſtra, dabo.

Aliud

Aliud

V. P. D. IOANNIS IVNG BISCHOFSHEIMENSIS, PRAEFAtæ Cartuſiæ Vicarij, in eundem F. Erh: VVinh: Comprof: ſuum.

FRATER ERHARDVS VVINHEIMER ALBIMOENIVS.

IO RHENANIS BEATAM VRSVLAM RE ADFERT VVINHEIMER.

PLaudite IO rurſum RHENANIS VVINHEIMER adfert
RE; pulſam ſcripto VRSVLAM ab Vrbe BEATAM.

IN D. VRSVLAM PATRONAM, F. ERH: VVINH: CVLTOR.

MAgnus Alexander vix rexerat arma viroſq;,
Te duce Virgo viri, virgineusque Chorus.
Ille neci corpus, ſed mentes ſubdidit Orco,
Tu melior victrix, ſubdis vtrumq; polo.

IN NOMEN ET STEMMA VVINHEIM ALLVSIO EXTEMPORAnea, Iani Henrici Scroteri de Buſtrovv Megapolitani, Equitis & P. L. Cæſarei:

FIdus HERO CANIS eſt; infeſtus FVRIBVS; hoſtis
VVLPIBVS. An magnis res magis apta viris?

PVLCHRA VT LVNA. LVNAE BICORNIS REFERENS FIGVRAM COLONIA.

NOBILISSIMAE AC FLOrentiſſimæ Ciuitatis Colonienſis Encomium, Authore F. Hadriano Hecquetio Atrebatino Carmelita, Theologiæ Doctore, Clariſſ. Dominis Reipub. Colonienſis Conſulibus dicatum.

Hæc eſt enim illa Colonia, illa inquam vrbiū regina, quæ contra hæreſum & hæreſiarcharum fruſtrà inſanientium inſultus, primam illam ac Catholicam fidem, inuicta hactenus adſeruauit: de qua haud immeritò illud Sapientis adduci poſſet, *Non extinguetur in nocte lucerna eius:* & illud etiam Euangelij, *Flauerunt venti, irruerunt flumina, immotaq́; ſtetit, nec cecidit, fundata enim erat ſuper firmam petram.*

PRoxima ſpumifero iacet ampla Colonia Rheno,
Vrbs, qua nil totus clarius orbis habet:
Hæc trahit antiquo celeberrima nomen ab æuo,
Condita Romanis ſumptibus, ære, manu.
Scilicet elatos ſtruxit gens extera muros:
Sed creuit maior quàm fuit antè locus.

Attin-

Attingit duplici Rheni vagaſlumina cornu,
Portus vicinas mercibus implet aquas.
Antiquos ſeruat, temnens noua dogmata, ritus,
Et manet in Domini relligione ſui.
Roma quod Italiæ eſt, hoc ſancta Colonia Belgis:
Vtraq; dat populo nomina clara ſuo:
Nunquã Roma fidem, neq; ſacra Colonia liquit:
Eſt vtriq; hodie quæ fuit antè, fides:
Integer eſt populus, ſunt integra templa: nec ille
Perditus eſt vllis priſtinus ordo modis.
Vt roſa præ longis non læditur obſita ſpinis,
Pulcra ſed intacto ſemper honore nitet:
Sic manet inuitis illæſa Colonia monſtris,
Seruat & antiquum non violata decus.
Quàm pulchrè referunt veterum monumenta parentum
Omnia, quàm ſanctis ſunt bene nixa viјs:
Sæpe tamen rabidis venerunt flumina nymbis,
Sæpeq; crudelis murmura turbo dedit.
Tempeſtas nunquam bene firmas perdidit ædes,
In Chriſto ſtabili ſtantq; manentq; gradu:
Gloria non eadem eſt multis, periêre quot vrbes?
Heu populi exitio quot periêre ſuo?
Tres tibi ſunt Reges, magni tria lumina mundi,
Cum quibus haud dubie eſt cælica multa cohors:
Teq; Seuerinus charis complectitur vlnis,
Et tibi, ne noceat ſors inimica, cauet.
Sunt aliј Diui ſacra quorum corpora ſeruas
Tela quibus tutò te tueantur habent:
Virgineæ ſaluam te ſeruauere cohortes,
Quarum purpureo tincta cruore mades.

Virginea vires pugnant contra horrida monſtra,
Proſternunt tenera tela ſuperba Deæ.
Hæc tua Germanis academia floret in oris,
Gymnaſium ſummæ nobilitatis habes:
Hîc ſunt Hebrææ, Græcæ, Latiæque ſorores,
Hîc ſunt Pierides (cælica turba) Deæ:
Omnia iure tuas celebrabunt tempora laudes:
Te canet hiſtorijs poſtera fama ſuis:
Tu tribus ornaris velut vrbs Regina coronis,
Debentur meritis talia ſigna tuis.
Euge age conſtanti perſiſto pectore victrix,
In tua ſciſmaticus mœnia nullus eat.
Te diuina manus, te ſepta altiſsima cingunt,
Armat & inuictis, Rhenus amœnus, aquis.
Sed quid ego muros? quid maxima flumina narro?
Non tantum muris, quàm pietate vales.
Te tua defendit pietas, tua candida virtus,
Et tuus antiquæ relligionis amor.
Murus ahaneus eſt pietas, hoſteſque rebelles
Conterit, inuito turbine tuta ſedet.
Inſanire poteſt, ſed non te vincere ſæuus
Hoſtis, plus monſtris omnibus vna potes,
Si redeant ſcurræ miſsi è cacodæmonis antro,
Adfer conſilio talia verba meo:
Haud æquum eſt, vt ego patrum veſtigia linquens,
Lubrica Cymmereas vos ſequar in tenebras:
I genus indignum vita, mendacia ſparge,
Sparge aliò, & cæcos dogmata cæca doce:
Hic tibi non locus eſt, non ius, non vlla poteſtas,
Nouerunt hamos flumina noſtra tuos.

Ipſi-

Ipiſcare alio imprudentes littore piſces,
Et captos ſtigij defer in antra foci,
Nā mihi lex antiqua placet, placet illa vetuſtas,
Integra quæ toto floruit orbe diu.
Sciſmata & errores odi cane peius & angue:
Floreat antiqua relligionis honor:
Floreat innumeris Chriſti domus integra ſeclis,
Et ſacra Chriſticolis præſit vt antè fides.
Hæc alias inter tantum caput extulit vrbes,
Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.

IDEM AVTHOR DE IMMANI IVXta Coloniam ab Hunnis virginum trucidatione.

Non pudet in teneras miles ſæuire puellas?
Bellica fœmineum non habet arma genus.
Proh dolor, inſanis nymphæ ſunt præda tyrannis,
Virgineus ſæuo funditur enſe cruor.

IDEM AVTHOR.

Diuorum tot relliquias, tot membra, tot oſſa,
Nuſquàm repperias quot ſancta Colonia ſeruat.
Nil timeas igitur Regina Colonia, tutò
Te ſeruant Diui quorum ſacra corpora ſeruas.

IDEM AVTHOR.

Euge age, longinquos orbis percurrito fines,
Tot tibi relliquias nec duo regna dabunt:

Virgi-

Virgineas igitur cole ſacra Colonia nymphas,
Quarum es martyrio nobilitata pio.

QVOD VVLGO DICATVR fœlix Colonia.

Fœlix dicta diu eſt, & iure Colonia, fœlix
Martyribus, fœlix ciuibus, ære, ſolo.
Imperij decus eſt illuſtre, Colonia fœlix,
Ornat Germanum nobilitate ſolum.

F I N I S.

VENE-

Digitized by Google

VENERABILI IN CHRISTO PATRI D. ERRARDO HERBI-*polenſi, moranti in Carthuſia Colonienſi.*

VEnerabilis in Chriſto Pater. Laudamus pios veſtros labores, quos ad ornamentum & vtilitatem Eccleſiæ expenditis. Et hortamur, vt alacriter in hac ardente bene de Republ. Chriſtiana merendi voluntate permaneatis. Alijs datur aurum aliaque pretioſa conferre, nec minus grata erit Deo de pilis caprinis oblatio. Vobis igitur tenore præſentium, licentiam concedimus edendi in lucem libellos à vobis elaboratos. Prius tamen, iuxta ritum Eccleſiæ, teſtimonio doctorum Catholicorum approbatos. Valete in Domino. Coloniæ die 26. Maij 1606.

Veſter in Domino Confrater
F. Bruno Prior Coloniæ.

APPRO-

APPROBATIO SEV Cenſura Ordinarij.

Sacrarium hoc Agrippinæ nihil continet Catholicæ religioni aut bonis moribus contrarium. Quinimò vt à F. Erhardo VVinheim Carthuſiano, pio labore concinnatum eſt; ita ad excitandam & fouendam Chriſtiani populi in Deum & Sanctos eius ſinceram atque auitam religionem, vtiliter, typis excuſum, in publicum prodibit.

Tilmannus Voſmerus SS. Th. Lic: ordinarius librorum Cenſor.

COLO-

Digitized by Google

COLONIA AGRIPPINA.

VBiopolis, Germanorũ Athenæ, Colonia Agrippina, toto terrarũ Orbe celebris, Sacri Romani Imperij libera Ciuitas, Septemviro Principi Electori Archiepiſcopo cõſtituta Cathedra (cui Suffraganei & Epiſcopi Comprouinciales, Monaſteriẽſis, Leodienſis, Traiectẽſis, Mindẽſis, & Oſnaburgenſis, antiqua fidei religione clarent) poſt vrbem Romam ſibi iure optimo primas vendicãs, ad citerioris Rheni ripas, ampliſſimi nominis ſita, Vbiorum Colonorũ primitus ſedes fuit. Qui cum à Sueuorum bellicoſiſſima gente, Marte inuido ſubindè diuexarentur, Romanorum implorantes auxilium, à Iulio Cæſare in amicitiam S. P. Q. R. recepti ſunt. Dum verò iam medium ſilẽtium tenerent omnia, trãquillo illo tempore, pacatiſſimi Auguſti (qui per Syriæ præſidem Cyrinum, vniuerſum mũdum conſcripſit) ab orbe condito 3947. annis circiter ante Chriſtum natum 16. quãdo videlicet Dei parentis Virg. Mariæ natalis toti generi humano ſacer illuxit; ne multarum nationum, potiſſimum Sueo-

rum, illac in Gallias irrumpentium, perpetuis iniurijs forent obnoxij, in vlteriorem ripam, partes ſcilicet Treuirorum transgreſſi, nouum ibidem oppidum cōdere ac inhabitare cæperunt, in fidem ſuam à Marco Agrippa Conſule Romano Nobiliſſimo, Cæſaris Auguſti (cuius vnicam filiam Iuliam meruit) Genere, ac Imperatoris Germanici (qui ex parte Truſo Nerone Tyberij Cæſaris fratre proceſſit) filiæ Agrippinæ (quam Claudius Cęſar in cōiugem aſſumpſit) Auo recepti. Quæ auito cognomento Auguſta Agrippina quo vim ſuam ſocijs quoque nationibus oſtentaret, in oppidum Vbiorum Colonorum, Veteranos à Claudio reduci impetrauit, cui ab eo tempore, Colonia Agrippina nomen eſt inditum. Hinc aureus ille in Domo Saltatoria Görtzenich nuncupata ſcriptus verſiculus ille.

Der herrlich Marcus Agrippa ein Heidniſch Mann/ (gan.
Vor Gotts geburt Agrippin/ nun Cölln be-

Mortuo verò Nerone Tyranno, cum oborta Romæ ſeditione Imperij Gubernacula, Vitellius quidã, militũ Tribunus, per vim ſibi arrogaret, miſſis in Germaniã militaribus copijs, Agrippinã obſidēs, ſibi ſubdere conatꝰ eſt. Sed Marcus Quilius quē alij Marſilium vocant, Romanus Gene-

Generoſus ac fidelis Imperio, cum clauũ Agrippinę tum tẽporis regeret, inito cum ſuis conſilio, lignorum penuriam ſimulãtes, forti armata manu in Carpentis abſcondita, lignatum quaſi ciuitatem egreſſi, hoſtibus illusére. Nam cum hoc pacto prouocati in currus irruerent, terga vertentes Agrippinates, ad portas propius illas allexerunt: quibus iam proximi hoſtes, à Marco Quilio ex altera parte excurſionem faciente, tam validè vtrimque inſecuti ſunt, vt inter vtraſque acies concluſi captiui ducti fuerint. Hinc alter verſus in eadem domo:

Marſilius Heiden vnd der ſehr ſtoltze
Behielt Cölln/vnd ſie führen zu Holtze.

Cuius reportatæ victoriæ Triumphũ, poſteri Agrippinenſes, quotannis quinta poſt Pentecoſten feria, in armis reboantibus tympanis, ſigniſque flãtibus, ingenti cum lætitia, vrbis mœnia circumeundo, celebrare ſolebant, quod nunc annis abhinc 30. ob Hollandicum bellum in deſuetudinem venit.

Romanorum deinde viribus ſenſim debilitatis, Galli, ductoribus Marcomiro & Childerico Regibus, Anno circiter 462. ijs pulſis, Coloniam vi occuparunt. At Saxo, Otto eius nominis primus, Imperator, eam Gallis iterum ereptam,

rum, illac in Gallias irrumpentium, perpetuis iniurijs forent obnoxij, in vlteriorem ripam, partes ſcilicet Treuirorum tranſgreſſi, nouum ibidem oppidum cōdere ac inhabitare cæperunt, in fidem ſuam à Marco Agrippa Conſule Romano Nobiliſſimo, Cæſaris Auguſti (cuius vnicam filiam Iuliam meruit) Genere, ac Imperatoris Germanici (qui ex parte Truſo Nerone Tyberij Cæſaris fratre proceſſit) filiæ Agrippinæ (quam Claudius Cęſar in cōiugem aſſumpſit) Auo recepti. Quæ auito cognomento Auguſta Agrippina quo vim ſuam ſocijs quoque nationibus oſtentaret, in oppidum Vbiorum Colonorum, Veteranos à Claudio reduci impetrauit, cui ab eo tempore, Colonia Agrippina nomen eſt inditum. Hinc aureus ille in Domo Saltatoria Görtzenich nuncupata ſcriptus verſiculus ille.

Der herrlich Marcus Agrippa ein Heid-
niſch Mann/ (gan.
Vor Gotts geburt Agrippin/ nun Cölln be-

Mortuo verò Nerone Tyranno, cum oborta Romæ ſeditione Imperij Gubernacula, Vitellius quidā, militū Tribunus, per vim ſibi arrogaret, miſſis in Germaniā militaribus copijs, Agrippinā obſidēs, ſibi ſubdere conatꝰ eſt. Sed Marcus Quilius quē alij Marſilium vocant, Romanus Gene-

Generoſus ac fidelis Imperio, cum clauũ Agrippinę tum tẽporis regeret, inito cum ſuis conſilio, lignorum penuriam ſimulãtes, forti armata manu in Carpentis abſcondita, lignatum quaſi ciuitatem egreſſi, hoſtibus illuſere. Nam cum hoc pacto prouocati in currus irruerent, terga vertentes Agrippinates, ad portas propius illas allexerunt: quibus iam proximi hoſtes, à Marco Quilio ex altera parte excurſionem faciente, tam validè vtrimque inſecuti ſunt, vt inter vtraſque acies concluſi captiui ducti fuerint. Hinc alter verſus in eadem domo:

Marſilius Heiden vnd der ſehr ſtoltze
Behielt Cölln/vnd ſie führen zu Holtze.

Cuius reportatæ victoriæ Triumphũ, poſteri Agrippinenſes, quotannis quinta poſt Pentecoſten feria, in armis reboantibus tympanis, ſigniſque flãtibus, ingenti cum lætitia, vrbis mœnia circumeundo, celebrare ſolebant, quod nunc annis abhinc 30. ob Hollandicum bellum in deſuetudinem venit.

Romanorum deinde viribus ſenſim debilitatis, Galli, ductoribus Marcomiro & Childerico Regibus, Anno circiter 462. ijs pulſis, Coloniam vi occuparunt. At Saxo, Otto eius nominis primus, Imperator, eam Gallis iterum ereptam,

dent,& quidem tam terribilibus machinis tormentarijs, etiamnum cōflatis, prouidendæ, peramplius tum ſuam magnificentiam prodet. Intra mœnia, horti ac viridaria peramæna paſſim conſpiciūtur; riuulus etiam qui ex occidente vrbem illabitur,& frangendo frumento, moliſq; agitandis, quem Rhenus abſorbet, ſufficere poſſet; ſtructuris quoque magnificis, tam pietati quam neceſſitati paratis, venuſtiſſimè nitet. Prætorium inſuper ſiue Senatoria domus, mirifica cum ſpectantium delectatione, præcelſam & rari operis Turrim ex quadratis ad regulam formatis ſaxis decore erectam, ſpeculares in apice feneſtellas habentem, per quas in omnis ciuitatis partes obtutus panditur, exhibet.

Vrbis porrò, vicinorum Principum amicitijs, ac armis cōdecoratæ, opibus alias in ſe præpotentis Gubernamētum & Politia, propriam quandam antiquæ Romæ pellucidam præſefert Ideam. Nam ſi Inclyti Senatus, ſex itidē Conſulum, è quibus duo, vno anno, Conſulari dignitate, (binis & binis alijs quatuor ſibi annuè ſuccedētibus) fruūtur: Nec nō Cenſorū, Tribunorum, Quæſtorum, virorum denique Senatorum (quorum ſinguli ex ſingulis 22. Tribuum ordinibus eliguntur)

authoritatem, ac quaſi quandã Maieſtatẽ; rectũ deinde ac inflexibilẽ Iuſtitiæ Baculum, faſciũ loco receptũ, conſideras, iure quodã natiuo Romanorum filiã nõ malè dixeris, ita vt quæ alicui Ciuitati, particulatim laude digna dona ſint conceſſa; hæc vniuerſaliter omnia comprehẽdat. Hinc gẽtilitio ſigillo relicto, illud S. Petri, vna cũ tribus Coronarũ inſignibus adepta, in primo ſe Romanæ Eccleſiæ filiã, in altero verò ſe Clero Venerabili, Senatu Inclyto, & Academia celebri, vel, vt alij malũt, 3 Regibus (à quorũ aduentu hæc Inſignia originẽ habent) gaudere, manifeſtũ facit; Cauda pauonis ex galeæ meditullio, ſurſum ſeſe erigẽte, nobiliũ matronarũ vẽtilabrum, ex pauonis confectum pennis (ad ſignificandam gloriam Romanorum, à quibus & originem trahunt) denotante. Hinc perpulchrè in compitis platearum illud tritum teritur:

Cölln ein Cron/ bouen allen Stätten ſchon.

Et quę illa pulchrior, ſiquidẽ cum Hieroſolyma prophetas ad ſe miſſas trucidaſſet, Chriſtũ ipſum cruci affixiſſet, ac eius ſalutarẽ doctrinã abieciſſet: Item Roma (quantum tẽporis D. Petrus, propter crudeles in Chriſtianos à Nerone ibidẽ excitatas perſecutiones, Babiloniã vocabat) Conſtantinopolis quoq;, Treuiris ac Moguntia,

guntia, ſanguine Martyrum à ſe occiſorū manus ſuas polluiſſent; Sola Colonia eas ab effuſione puras non ſolum conſeruarit, verū etiā propter Sanctorum vtriuſq; Teſtamenti multitudinē, recōditus & abſtruſus ſummi Regis Theſaurus exiſtat? Vel an nō hoc pulchrū, quod ſemper in ſuſcepta fide incōcuſsè permanēs, etiā 313. annorum ſpatio, ab obitu ſc. S. Materni vſq; ad S. Seuerini tempora, paſtore orbata 15. mediātibus Romanis familijs à Traiano in præſidiarios vrbis eductis, præ alijs paſtores habētibus, ſed deficientibus deſuper adiuta perſeuerauerit cōſtans? an nō idipſum dictis familijs, ex prædicatione D. Petri, Romæ iā conuerſis, ideoque Traianum (quem ab eius familiari amico Plinio, ac quondā Præceptore Plutarcho, ne vim Chriſtianis inferret, ſciebāt exoratū) eo liberius ſecutis, poſteriſque eorū acceptum ferendum? ferendum vtique: Aut ſi hæc parua alicui videtur, his maiora accedāt, & qualiter noua quadā parilitate Deiparæ Virg. collectanea exiſtat Agrippina, in mediū prodeat; Illa æternæ ſapiētiæ fontē proferēs: Hæc eiuſdē riuulos, quos imbibit in poſteros dimanās; ita vt merito ſedes ſapientiæ, quæ religione & iuſtitia conſtat, & ſine quibus res publica ſtare non poteſt, appelletur & ſit

Agrippinenſis Academia, totius boni Colonienſis, ſeges infinita, cum firmum ac fixum ſit, diuinarum, humanarumque ſcientiſſimos innumeros ex Agrippinenſi Academia prodijſſe. Cùm enim Pontifex Opt. Max. Vrbanus eius nominis 6. pro ſumma erga S. P. Q. C. fauore, cura ſingulari ac paſtorali ſollicitudine, ad eius inſtantiam anno 1388. ad Dei laudem, communiſque boni vtilitatem, Agrippinenſem vniuerſitatem erexiſſet, eidemq; priuilegia Lutetiæ Pariſiorum donaſſet; eius ſequenti ſtatim anno, ſolenni inauguratione ſubſecuta, ac triduo poſt, Pontificio diplomate, Cancellario Academico, ad conſtituendum vniuerſitatis corpus (quod Matriculam vocant) deſignato, ſingularum facultatum (hoc eſt Theologiæ, quæ animarum ſaluti & religioni tuendæ præeſt; Iuriſprudentiæ, quæ hominum inter ſe ſocietatem cõſeruat; Medicinæ, quæ ſanandis corporibus inuigilat; Philoſophiæ, quæ naturæ mirabilia perluſtrat) inſtituto ordinario deputati profeſſores, mox tanta cum dexteritate & aſſiduitate, partibus ſuis ſunt functi, vt Coloniam mox plurimi, tam è vicinis Germaniæ, quam è remotis Angliæ, Scotiæ, Daniæ, Poloniæ, Bohemiæ, aliiſque Regnis confluxerint Studioſi, tãquam in

Abela

Abela de lege & verbo Domini de Sion & Hieruſalem exeunte interrogaturi. Itaque cum intra 100. annos in eum excreſceret florem, vt toto terrarum orbe, facultas Theologica, nullibi magis quã Coloniæ, ſuaueolentem ſuum odorem emitteret, præſertim quod tantoperè in omni artium & linguarum genere (vt quod ad fulciendam Rempublicam pertinet, deeſſet nihil) coniunctim excelleret, Gymnaſijs quoque tribus, Montano, Laurentiano, & Nouarum Coronarum, poſt Burſæ Cucanæ interitum Patrum Soc. (in quibus humaniora cum facultate philoſophica coniungũtur) floreret, alijſq; adhuc tribus Collegijs Alumnorum, veteri Coronarũ, ex aduerſo cœnobij Minoritarum, eiq; vicino Ruremundano, & paruo Coronarum in platea Stoicorũ; & artium facultati accederet in platea S. Gereonis egregia domus pro infirmis ſtudioſis, atque Magiſtris, quæ vulgo rubra porta vocatur: præterea publica trilinguis Schola, quæ vulgo artium appellatur, vbi Hæbrea Græca & Latina lingua, Mathematices itẽ & Medicinæ diſciplinæ à certis doctiſque Profeſſoribus tradũtur, cẽtum inſuper particularibus ſcholis (vbi pueri Latinæ, Græcæ, Germanicæ & Gallicæ linguæ rudimenta, literarumq; Cha-

 racteres

racteres pingere diſcunt) alijs demum pluribus domicilijs (in quib⁹ vel Theologia per Metropolitanos admodum Reuerendos Presbyteros diuinarum humanarumque II. Doctores eximios, ac 4. mendicantium Ord. Religioſos, Iuridica verò & Medica ab earundem facultatum Ordinarijs prælegũtur, graduſq; licentiæ per Cancellarium decernũtur) abũdaret; talibus à primis ſtatim annis condecorata fuit Theologis, vt è longinquis mũdi partibus, celeberrimi quiq; hîc ſedẽ figerẽt. Inter quos Albertus ille Dominicanus cognomẽto Magnus, qui ex Sueuia huc ſe cõtulit, & Epiſcopali Ratiſponenſi Mitra poſthabita, Theologiæ ſtudiũ, quoad vixit, docuit, principẽ locũ ſummo iure obtinet. D. quoque Thomas de Aquino Alberti diſcipul⁹ ac præclarũ Eccleſiæ lumẽ ex Italia Theologię ſtudium huc acciuit. Ioannes inſuper Scotus cognomẽto ſubtilis, à Sixto v. Eccleſię Patribus cõnumeratus, Calidonia ſua relicta, dũ vixit, hic docuit. Nil hîc de VVolphelmo & Ruperto Abbatibus, quorum poſtremus tota ferè Biblia commentatus eſt, dicam: Nil vt ante has Magiſter Bruno Venerabilis, Carthuſienſium fundator celebris, ob geminã ſcientiã, quoddã quaſi ſimulachrũ, religione & grauitate famoſus in patrio ſolo,

ſolo, liberalium artium primordia imbiberit; Nil demum vt horum omniũ prædeceſſores Doctores & Profeſſores eximij, hęreticorum peſſimum genus Catharorum (quorum infame nomẽ in præſentem vſque diem per totam Germaniam perdurat, ſiquidem à Catharis Ketter/ſiue Ketzer veniũt) fundit⁹ extirparint: ſed hoc tantũ dicã, quod Academiæ Agrippinẽſi, immortalitatis laudem adferre ac excellentioris prærogatiuæ perpetuum quoddam numen cõciliare queat. Anno namque 1489. puer quidam à primis cunabulis cæcus Nicaſius nomine Mechlinienſis patria, cum de tam celebris Agrippinenſis vniuerſitatis fama tam inſigni, longè lateque diffuſa audijſſet, ſimulac animo ad ſtudia literarum applicato eo ſe contulit, periculum facturus, an ſenſus incolumes, oculorum caliginem ſupplere poſſent; Fundamentis ergo iactis tantum intra breue tempus profecit, vt ex diſcipulo mox Ludimagiſter Coloniæ, paulo poſt verò Magiſter artium, tandem Louanij Theologiæ Licentiatus, ac demum Coloniam reuerſus D. Iuris Canonici factus ſit; Proinde in Diaconum ordinatus, in nocte Natiuitatis Chriſti, in Parochia S. Columbæ Euangelium cantarit, quodque

caput

caput eſt, Summi Templi non tam Concionator diſertus, & Confeſſarius egregius, quam publicus pandectarum Profeſſor (cuius prolegomena, quod dictu mirabile, etiam typis excuſa ſunt) extiterit, omniaque Academica munia, ſumma cũ dexteritate obierit, ita vt extra omnem controuerſiam ſit, quod nulla ex parte alteri cedens, omnium in ſe animos hæc Academia prouocarit: Cuius poſterioris ætatis Theologi (quorum plurimi, præclaræ eruditionis ſuæ monumenta non contemnenda reliquere, & etiamnũ relinquunt) quid, quantumve (omnem ferè Germaniam hæreſi impunè depopulante) præſtiterint, & adhuc præſtent, teſtes ij omnes ſunt quorũ hic victoria & progreſſus ſtetit. Quibus omnibus Vrbis & loci ad hęc ſtudia accommodatiſſima opportunitas, in quam ante exſpatiatus digitum intendi, accedit; ſui ſcilicet amplitudo, ædium & platearum magnificentia, Rheni fluuij vicini ac nobiliſſimi littus ſpatioſiſſimum, cæli clementia, opes, conuictus non magno conſtans, & omnis annonæ (quam vel tellus vel mare proferũt) vberior copia, mercatuq; quam alibi vilior, mores demum ciuium placidiſſimi, inclytæ politiæ, quandam præſeferentis maieſtatem, dexteritas. Cultus diuini

ſplendor, ac Cleri venerabilis auita religio. Itaque vt finem iungã principio; ex aliquo quæro, vbi nam alibi tanto ſtudio & frequentia ad Martyrum ſepulchra cõcurratur? vbinam ſic ad cæleſtis tonitrui ſimilitudinem, Amen reboet? vbinam maior ſacrificiorum frequentia, & in decantandis, per ſingula noctium dierumq; momenta, diuinis laudibus deuotio? vbi tanta Templorum multitudo, ad multiplicem Dei bonitatem prouocãdam? vbi tot Sanctorum reliquiæ, vt tot penè triũphis ſit inclyta, quot fœta natis? vbi tantus tam candidi Cleri ſplendor? vbi in tãta varietate & abundantia tam pretioſa Templorum ornamenta? vbi tam pulchra erecta altaria? vbi tot centenæ bene ſonãtes campanæ Templares? vbi Monaſteria tam bene reformata? vbi tot Religioſæ Deo conſecratarum Virginum Domus? vbi tot feſta ad Dei honorem inſtituta? vbi Sacrificium legitimum, iuge atq; perpetuum, quotidie, tempore ferè omni in 1000. pene altaribus offeratur? Nullibi, Roma ſola excepta. Quæ omnia ne quis tanquam funiculos ex arena cõtextos abs me exiſtimet; is Cardinalem Hoſium epiſtola 109. ad S.P.Q.C. D. Georgij Braun tomum 2. Theatri Vrbium. D. Cornelij Schultingij tomum 4. Bibliothecæ Eccleſia-

cleſiaſticæ. Chronicon demum Colonięſe (vt alios quam plurimos Encomiaſtes breuitatis cauſa prætercam) conſulat, & præiudicium deuitans, Deo gloriam reddat.

SERIES SS. AEDIVM COLONIENSIVM.

Canonicorum. VIII.

1. S.Petri Metropolitana.
2. S.Gereonis.
3. S.Seuerini.
4. S.Cuniberti.
5. S.Andreæ.
6. SS.Apoſtolorum.
7. B.Mariæ V.in Gradibus.
8. S.Georgij.

Canonicorum & Canoniſſarum. II.

9. S.Vrſulæ & 11000. Virg.
10. B.Mariæ V. in Capitolio.

Canonicorum & Canoniſſarum reformatar. I.

11. S.Cæciliæ.

Religioſorum. XVI.

12. S.Panthaleonis, Benedictinorum.
13. S.Martini Maioris, Benedictinorum.
14. S.Cordulæ, Ioannitarum.
15. S.Catharinæ, Teutonicorum.

16.S.Ad

16. S.Ad Corpus Chriſti,Canō.Regular.
17. S.Antonij,Antonianorum.
18. Ad S.Crucem,Cruciferorum.
19. S.Auguſtini,Auguſtinianorum.
20. Ad S.Crucem Dominicanorum.
21. Ad B.V.M. Carmelitarum.
22. S.Franciſci,Franciſcanor.gaud.
23. S.Michaelis,VVidenbacenſium,quos Hieronymianos vocant.
24. S.Agnetis, Franciſcanorum obſeruā-tium ad Oliuas.
25. S.Achatij,P.P.Soc.Ieſu.
26. S.Longini Alexianor. vulgo Bogordor.complentium mortuos.
27. S.Barbaræ,Carthuſianorum.

Plebanorum. XIX.

28. S.Columbæ.
29. S.Martini Minoris.
30. S.Laurentij.
31. S.Albani.
32. S.Brigidæ.
33. S.Petri.
34. SS.Apoſtolorum.
35. S. Cuniberti.
36. S.Mariæ Magdal.iuxta S.Seuerinum.
37. S.Ioannis Euangeliſtæ in Curia.
38. S.Iacobi.
39. S.Mariæ in Lißkirchen.
40. S.Mauritij.

41. S.Ioan-

41. S. Ioannis Baptiſtæ, iuxta S. Catharinam.
42. B.M.Virg.in Paſculo.
43. S.Lupi.
44. S. Pauli.
45. B.Mariæ Virginis ad Indulgentias.
46. S. Criſtophori.

Sanctimonialium Velatarum XX.

47. SS.Machabæorum,Benedictinarũ.
48. S.Mauritij,Benedictinarum.
49. S.Agathæ, Benedictinarum.
50. S.Ioannis Bapt. in Cluſa Parochiæ S. Ioannis,Benedictinar.
51. S.Maximini,Auguſt.Regular.
52. S.Michaelis,Auguſt.Regular.
53. S.Mariæ Magdal.ad albas Dominas, Auguſt.reformatarum.
54. S.Nicolai,Auguſtinianarum.
55. S.Reinoldi, Auguſtinianarum.
56. In maiori Nazareth,Auguſtinian.
57. S.Iacobi Maioris ad Agnellũ in muro Caſtrenſi,Auguſtinianarum.
58. Horti B.M.V. Ciſtertienſium.
59. Speculi B.M.V.Ciſtertienſ. vulgo in Seyen.
60. S.Apri,Ciſtertienſium.
61. S.Claræ,Clariſſarum.
62. S.Vincentij,Clariſſarum.
63. S.Bonifacij,Clariſſarum.

64. Cla-

64. Clariſſarum Belgicar. de obſeruãtia.
65. B.Mariæ in Bethlehem Clariſſarum.
66. Gertrudis, Dominicanarum.

Conuentualium non Velatarum, tam curam Ciuitatenſium Infirmorum gerentium, quam puellarem iuuentutem domi erudientium. XV.

67. S.Apolloniæ, Auguſtinianarum.
68. B.Mariæ Magdal.Auguſt. pœnit.
69. S. Eliſabethæ, Auguſtinianarum, in Vico S.Antonij.
70. In minori Nazareth, Auguſt.
71. S.Trinitatis, Auguſtinianarum in platea Achterſtraß.
72. B.M.V.Auguſtinianarum in Vico S. Marcelli.
73. S.Vrſula, Auguſtinianarum, in eodẽ Vico, prope Igelſtein/alias Conuentus Combuſtus.
74. S. Auguſtini, Auguſtinianarũ in platea Schmirnenſi, im Cedderwalt vulgo.
75. In der Zellen/ Auguſtinianar. in eadẽ platea.
76. S.Ignatij, Clariſſarum.
77. S.Annæ ad agnum inferiorem Clariſſarum in platea lata.
78. S.Annæ ad agnum ſuperiorem Clariſſarum in eadem platea.

79. B. M. V. Clariſſarum, in der Strickgaß.

80. S. Ioſephi, Clariſſarum, ex appoſito Horti Chriſti, in parochia S. Columbæ, aliàs, Louß Conuent.

81. S. Trinit. Carmelitar. iuxta paroch. S. Iacobi, in der Büttgaß.

Sacella Hoſpitalia. XII.

82. Omnium Sanctorum, in lapide Hericij, vulgo Igelſtein/ aliàs in lapide Hirundinis.

83. S. Heriberti ad S. Andream.

84. S. M. Magd. ad S. Gereonem.

85. Iodoci, in Immunit. Capitolij.

86. S. Quirini, ad S. Panthaleonem.

87. S. Agnetis, in foro nouo.

88. S. Spiritus, vffm Thumbhoff.

89. S. Vrſulæ, in Vico Stoicorum.

90. S. Laurentij, in parochia S. Ioan. Baptiſtæ prope S. Catharinam.

91. S. Ioannis, eodem Vico, in parochia S. Columbæ.

92. S. Crucis, in platea lata.

93. S. Nicolai, in Orphanatorio.

Sacella principaliora vulgò notiſſima. XXV.

94. S. Matthæi & Victoris, vulgo S. Materni.

95. S. Not-

95. S.Norburgis.
96. S.Saluatoris
97. S Benedicti. } iuxta Capitol.
98. S.Nicolai.
99. B.M.V. in Hieruſalem, prope Domum Senatoriam.
100. S.Seruatij, in platea S.Ioannis.
101. S.Hieron. in Burſa Ruremundana.
102. S.Aegidij, præcedenti contiguum.
103. S.Thomæ, vffm Thumbhoff.
104. S.Dionyſij, ſupra Templ. parochiale S.Ioan.B. in curia.
105. S.Huberti, poſt Cœnob.S.Maxim.
106. S.Marcelli, in platea S.Marcelli.
107. S.Lamberti, ſupra portum flamineũ, vulgo Pfaffenporʒ.
108. S.Margarethæ, in area S.Margareth.
109. S.Stephani, vulgo auff der Hoenporʒ.
110. S.Eligij, in foſſa arenaria.
111. S. Quirini, in Vinea Decanali S. Gereonis.
112. S.Matthiæ, in platea Textoria.
113. S.Heriberti, in aula Tuitienſi prope S.Georgium.
114. S.Luciæ, in Turri S.Cuniberti.
115. S.Eraſmi, iuxta S.Seuerinum.
116. S.Afræ, in Immunitate Mariana.
117. S.Michaelis, in area, S.Gereonis.
118. S.Michaelis, inter Cæmiterium, & Templum S.Seuerini, loco editiori.

Sacella & Altaria Domeſtica, intra Ædes Magnatorum, innumera. Conuentus, ſiue Congregationes virorum, atque Vetularum, abſque religioſo habitu, ſub ſtatutis Patrum, ex teſtatione fidelium, viuentium, qui & ipſi ſibi deuotionalia Oratoria priuatim, conſtruunt, ſparſim per vrbem plus minus ſunt 50. circiter.

ECCLESIA CATHEDRALIS.

AEdes Metropolitana, principem locum, iure optimo ſibi vendicās, à S. Materno D. Petri diſcipulo, Agrippinenſium, Treuirorum, & Tungrorum Apoſtolo, primoque Colonienſi Antiſtite, Domitiano Imperatore regnante, ſub patrocinio, S. Matthiæ & Victoris, è regione S. Pauli conſtructa eſt, quadam tabella inibi pendēte, idipſum in hæc verba perhibente.

Vniuerſis & ſingulis Chriſti fidelibus, præſentes literas inſpecturis, ſalutem in Domino ſempiternam: Quanto frequentius fidelium mentes ad opera charitatis inducimus, tanto ſalubrius animarum ſuarum ſaluti prouidemus. Cupientes igitur, vt Capella S. Matthiæ, Victoris & Materni, vulgariter Antiquum Summum, nuncupata in Parochia S. Pauli, &c. Coloniæ. Datum 1500. die 20. Octobris.

Hinc

Hinc etiam ex illa ſuperliminari, deauratis Germanicis maiuſculis, inſcriptione (quæ in ſummitate magnæ illius portæ, non procul ab hoc Oratorio Collegium P.P. Societatis reſpicientis, quo in tractu S. Maternum, Epiſcopalem ſuam reſidentiam habuiſſe, ratiohabiliter ferunt, ſatis clarè ſe viſendã præbet) Lippis & tonſoribus, hactenus innotuit, ANTIQVVM SVMMVM TEMPLVM, vulgariter den Alten Thum hoc Oratoriũ primit9 fuiſſe; quod & ante Chriſtianæ fidei ſolidata fundamenta iacta, tempore in illo neceſſitati ſufficere debuit. Ijs ergo tractu temporis, incrementum ſumentibus, per translationem in alterũ, ab eodem S. Materno in honorem Omnipotentis Dei, & B.V. Mariæ (quod nunc ad S. Cæciliam dicitur) tanquam auguſtius erectũ, ceſſit.

Anno in carnem venientis Meſſiæ 54. miſſus eſt hic Sanctus à D.Petro Apoſtolo, vnà cum SS. Euchario & Valerio in partes occidentales, prędicatum Verbũm Dei: Qui dum alpes trãſiſſent, Sancto Materno in via non procul ab Argentina in Alſatia mortuo, ſocij pauore perculſi Romam reuerſi ſunt. Beatus itaque Apoſtolus, cum paſtoralem virgam, ad ſuſcitandum eum, comitibus illis tradidiſſet; illi fide pleni, iterum ab Vrbe diſcedentes, *Chron. Col. fol. 115 Lupoldus Tom. 3. Comp. 5. fol. 889.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ad locum ſepulturæ, 33. dies eum in monumento habentem inuenerunt. Admouentes ergo virgam, ſub obedientia Magiſtri, ſocium à morte ſuſcitarũt; qui poſt Eucharium & Valerium, tot annis Treuirenſem & Colonienſem rexit Eccleſias, quot dies ante in ſepulchro iacuit. Tandem cum Eccleſiæ Colonienſis Clauum annis triginta quinque fideliter gubernaſſet, ibidem Anno centeſimo vigeſimo octauo, die tertiadecima Septembris, obdormiuit in Domino. Fama autem obitus eius, cum Treuiros diu latere non poſſet, ſtatim pro reliquijs Epiſcopi ſui legatos miſerunt. Colonia verò (in qua mori elegerat) contradicente, ſub Iudice Deo, ſequenti miraculo litem diremptam ferunt. Nam cum diuinitus admoniti Colonienſes S. Corpus in Nauiculam, nauclero deſtitutam poſuiſſent, vt quonam vltro citroque fluminis impetus cymbam ageret, ibidem & S. requiem elegiſſe, euidenter intueri poſſent; Res mira; Nauicula contra naturam, haud dubiè quin Angelorum miniſterio ad mille circiter paſſus per Rheni tramitem aſcendit, & in loco illo nunc Rottenkirch dicto ad littus appulit. Quo oraculo edocti Treuirenſes, gaudio magno gauiſi, clara luce intellexerunt; qua-

Nauil. Val. 2. fol. 404.

Martyrolog. Caniſij fol. 297.

qualiter S. Corpus præ alijs duabus Eccleſijs, Agrippinenſium & Tungrenſium, in ſua primaria repauſare maluiſſet: Illud ergo ſecum Treuiros aſportantes, honorificè iuxta SS. Eucharium & Valerium, ſepulturæ mandarunt; loco, quo appulit, à Colonienſibus Sancti abitum lugentibus, paruo Oratorio (vbi eius inteſtina terræ ſunt reddita) cui nomen in rei memoriam Neuenkirch/ modò per abuſum Rottenkirch indiderant. condecorato. Fuiſſe hunc Maternum illius Euangelicæ viduæ vnicum filium quem Chriſtus à mortuis ſuſcitauit (quemadmodum Lucæ 7. legitur) Caniſius in Martyrologio folio 251. in medium adfert, die videlicet quarta decima Septembris. Temporibus deinde Caroli Magni, cum Epiſcopatus regalibus munificētijs, ab eodem Imperatore ditaretur; Hildeboldꝰ 19. Epiſcopus Coloniēſis Cathedrali denuò translata Eccleſia eā in loco magis cōueuienti (vbi nūc ſchola Sūmi Tēpli, Aulæ Decanali contigua cernitur) collocauit ac ampliauit, cuiꝰ Dedicatio cū an. 871. à 3. Epiſcopis, Ruperto Moguntinenſi, Bertulfo Treuirēſi, & VVilliberto Colonienſi peragaretur, præcedenti nocte, voces malignorum ſpirituum inter ſe dolentium ac conquerentium, ſe

à diu poſſeſſis ſedibus expellẽdos, auditæ ſunt. Sigebertus Gemblacẽſis, &c. Adue-ctis verò iam tribus Sãctis Magis, cum ex toto orbe terrarum, homines turmatim eorum limina adoraturi confluerẽt, munera offerentes inenarrabilia; Anno 1237. Conradus ab Hoeſteden 50. Colonienſis Archiepiſcopus tãto theſauro animatus, longè magnificentiorem fabricam meditando, illa Hildeboldi iterum demolita, præſentem hanc re & nomine, ſicuti altam, amplam, atque auguſtam, ita & magnam valdè, ex viua lapidum congerie, arte mirabili elaboratam erexit Baſilicam, Cathedra Archiepiſcopali Metropolitana ac Electoria vtique dignam, quæ D. Petro Apoſtolo ſacra eſſet. Cui ſi extrema manus addita fuiſſet, nullum omnino vniuerſæ Germaniæ Templum tam elegãtia quam immani ac vaſtiſſima mole non ſuperaret: De cuius ſtructura, ad Templi ingreſſum ita ſupra oſtium canunt ſequẽtes verſiculi.

Anno milleno, bis centeno, quaterdecimo dabis octo,
Dum colit Aſſumptam, Clerus, Populusq; Mariã,
Præſul Conradus ex Hoeſteden Generoſus
Amplıat hoc templum, lapidẽ locat ipſeque primũ
Anno milleno, ter centeno, vigenaq; iungo,
Tunc nouus ille Chorus, cœpit iubilare ſonorus.

Et quia

Et quia opulentia clarus admodum fuit Conradus ille, ſic Hoeſteden, Aldena, Are, Nuberg, VValdenburg & VVede caſtra cum ſuis pertinentijs, ex hæreditaria poſſeſſione emit, & omnia Archiepiſcopatui donauit. Tanta etiam authoritate & gratia apud Pontificem & Imperatorem valuit, vt Romanorum Reges non alibi quam Aquiſgrani confirmarentur effecerit. Plenus tandem dierum & operibus bonis diues, anno 1261. ſpiritũ Deo reddẽs, in Sacello S. Ioannis Sũmi Templi, reconditus fuit.

Antequam hinc digrediar, operæ pretium me factur ũ putaui, ſi formam, quam hoc Fanum aliquando perfectum repræſentaſſet, in gratiam Lectoris piè curioſi, manifeſtam prius facerem. Et quantum ex libro Antiquo Theſaurariæ colligi poteſt, Hildeboldi faciem (quo ad ſimplicem Ideam) non amiſiſſet. Qualis autem illa fuerit, verba formalia in mediũ adferre placuit. *Antiqua autem maior Eccleſia (puta quam huius Anteceſſor Hildeboldus erexit) duos habuit choros & cryptas duas. Superior chorus erat S. Petri; Inferior, qui erat inter duas Turres Campanarias ligneas, fuit Chorus B. M. Virginis. Item in dextera Turri, erat Altare S. Stephani, & in ſiniſtra, Altare S. Martini. Item in Choro S. Petri, fuerunt tres magnæ feneſtra*

» *ſtræ iuxta Altare, & ſimiliter in Choro B. M. vir-*
» *ginis. In lateribus verò ſuperioris feneſtræ fue-*
» *runt viginti quatuor hinc & hinc. Item verſus*
» *Altare B. Martini fuerunt tres, & vna ſuper al-*
» *tare. Item verſus altare S. Stephani fuerunt*
» *tres, & vna ſuper altare. Item verſus altare S.*
» *Seuerini, quod ſitum apud ianuam, per quam de*
» *Eccleſia ad gradus B. Mariæ intratur ad Maio-*
» *rem, vbi quondam vna turris, fuerunt quinque*
» *feneſtræ, & vna ſuper Altare. Item verſus alta-*
» *re Coſmæ & Damiani in dextero latere, vbi quō-*
» *dam turris altera, fuerunt quinque feneſtræ &*
» *vna ſuper altare. Item in latere, in quo ædificata*
» *eſt* Gerkammer *(Sacriſtia) inferiores feneſtræ*
» *ſex. Item in alio latere verſus Auſtrum, inferio-*
» *res feneſtræ duodecim. Item circa Altare S. Pe-*
» *tri, erant quinque rotundæ feneſtræ. Et ſupra Al-*
» *tare B. M. V. ex vtraque parte Maieſtatis vna*
» *rotunda feneſtra. Sic etiam fiet Deo dante com-*
» *pleto nouo opere, &c.* Ex cuiꝰ prioris fabricę diſpoſitione Lector intelligit, quāta Maieſtas ex Poſteriori (quæ modo imperfecta tantū mirantibus adfert ſtuporē) conſurrexiſſet, vbi Colophonem in ſua magnificentia ſortita fuiſſet; Cuius quidē ſuſpenſionem certitudinaliter indagare nequiui. Hinc Geranio in immani illa turri Campanaria, adhuc pro memoria ſuperſtite, apud exteras ignaras Nationes (vbi Ectypū eius in picturis Ciuitatis Colonię intuentur) inualuit, quaſi Turris prima,

fulmi-

fulmine quódam percuſſa, vſq; modo incuruata remaneret.

Maior Campana anno 1437. conflata, centenarios 224. ſiue 16. plauſtra vini librata, ponderat.

Stella in exteriori ſummitate Chori, admirandæ magnitudinis metallina, muro inædificata, deaurata præſtantiſſimè, mirabiliter ad occaſum ſolis fulgens, procul ſe conſpiciendam exhibet, ſtellam haud dubiè, quæ fidei noſtræ primitijs, tribus ſcilicet Magis, inibi repauſantibus, in Natiuitate Chriſti apparuit lucida, ducatũ ad præſepe Domini præbuit, denotat; vbi notandum, quod ſi Templũ hoc, arte, ſumptu, labore ac decore ſummum, completum fuiſſet, SS. trium Regũ ſepulchrum, non vbi modo cernitur, ſed directè infra hanc ſtellam collocatũ fuiſſet, vt illa deſuper correſpõdente, clarius innotuiſſet, SS. hos Magos figuratiuę iſtius ſtellæ indicio, non niſi Coloniæ reconditos eſſe.

Choro præcelſo & auguſto, latoſq; per gyrũ intra ſe & Templũ ambitus ducenti, pręclariſſimũ opus ſuauiſſimi ſanè cõcentus Organum, dulciſſimis modulis ac vocũ gratiſſima ſymphonia reboãs inhæret.

Sed ne ſingula antiquæ pietatis monumenta Fani huius quam plurima & egre-

egregia commemorando lectori faſtidiū generem: omnium auguſtiſſimum illud trium Magorum ſepulchrum poſt chorū in capite Templi ſitum dūtaxat prodeat. Idque verò quam heroicam deſcriptionem mereatur, vel exinde colligi poteſt, quod non tantum, auro, argento, gemmis, vnionibꝰ, & huiuſmodi apparatu externo ac pretioſis donarijs, ſed multò magis interiori ornatu, ſacro Puto regalium illarum reliquiarum theſauro inibi recōdito, prædiues ſit. Quod ſi tibi vnà cum contentis reliquijs ad viuum adumbrari cupis, ſcias SS. tres Magos in inferiori tūba cuprea quidem, ſed muſiuo opere, tam artificioſè & ſumptuosè elaborata contineri, vt quoſcunque Aurifabros, tam fulgens, tamque inuſitata induſtria, in ſtuporem non ſolum rapiat, verùm potius diuinum quam humanum quid ibi ſpectari, edicere cogat. Clauditur verò Sarcophagus hic tumba altera, in qua intermedij SS. Fœlix & Nabor ciues Mediolanenſes, ſub Maximiniano 12. Iulij Martyrium paſſi, requieſcunt. Et hi tertia capſa, quæ in primā affabrè deſinens S. Gregorij presbyteri Spoletani Martyris ſub Diocletiano 24. Decemb. paſſi, corpus incluſum retinet, leguntur; Ita vt verè regium Monumētum bis in anno, Epiphaniæ ſcilicet

licet & Translationis die, quæ eſt ſecūda Iulij omnibus ſpectādum pateat, toto reliquo tempore cācellatum; tanta cum deuotione pŏpuli quotidiè per annum frequentari ſolitum, vt ob tantorum Sāctorum præſentiam, & tot preces ſuſpirijs interpoſitas(quæ à pientiſſimis Coloniēſibus ad illud flexo poplite ſuppliciter procumbentibus emittuntur) vix & ne vix quidem lachrymarum imbrem ex cordis iubilo tanquam piſcina Heſebon largiter profluentem cohibere poſſis.

Et vtinam Tulliana ſapientia, adhibitis hiſce impolitis calcaribus meis exſtimulata pro dignitate aliquando, Sapiētiſſimorum horum trium SS. Magorum admiranda magnalia elegantiſſima ſua perorandi formula ad perſuadendum facili plenius eloquatur. Nam verè magna ſunt quę referam, non quidem omnia, ſed tria de tribus tātum: ſiquidem numero Deus impare gaudet.

Inprimis Sancti hi tres Barbari, parte ſuperna, qua proculdubio infantulum Ieſum in vlnas ſuas accipientes amplexati ſunt, & oſculati, adhuc cute obducta, vnà cum capillis in capitibus ſuperſunt carnei. I nunc ſpectatum admiſſe viator, & tres has Chriſtianæ fidei columnas, cum Obeliſcis & Coloſſis confer, & quantum aſſimi-

aſſimilatio claudicet, aduerte, quamquē mirabilis Deus mirabilia dilectæ ſuæ Agrippinæ Chariſmata largitus ſit, obſtupeſce & venerare. Præterea, Anno 1438. (dictu mirum) accidit, vt ingens ſaxum præ nimia tempeſtate, ex fornice chori decidens, non ſine magno miraculo, Monumento Regum ceſſerit, ſiquidem recta ſupra illud Mina, & etiamnum lapis ad ſepulchrum memoriæ cauſſa remanens, euidenter id indicant. quo eodem Eubulo ſæuiente, ſarta tecta templorum plumbea, integris trans Rhenum tabulis auolarūt, qui credo & hoc anno 1606. feria ſecunda Paſchæ, dum hæc ſcriberē, ex Orco ſimili furia emiſſus fuit, & euerſis multis ædificijs inenarrabile Coloniēſibus damnum intulit.

Crātius in Saxonia li. 11. cap. 25.

Quid autem circa præſtita trium Magorum Patrocina anno . . . die 12. Octob. geſtum ſit, ex infra ſcriptis Regis Siciliæ Patētibus, pius Lector aduertat obſecro! *Nos Dux At' vna cum Comite de Canaria locum tenentes Regis Siciliæ in Abrutio, & Capitanei gentium armorū, per præſentes literas vniuerſis & ſingulis fidē facimus, & infra ſcripti accidentis ſeu miraculi teſtimonium perhibemus Quod cum vna dierum menſis Octobris ex parte Regiæ maieſtatis contra principes gentium, in Campo Zaranti inferentes dāna, ſicut mos eſt inimicorū, ad bellum eſſemus vnanimiter congregati, annuente fortu-*

fortuna, factis hinc inde multis inſultibus, captiuos tredecim inde accepimus, quos oẽs ad furcas iudicauimus, & mox prolata ſententia nobis ſupſtitibus ſuſpenſi fuerunt, & à die Mercurij in hora prima in furcis vſq; ad Sabbathi veſperas pependerũt. Teſtamur itaq; per omnium plaſmatorem, vnum de illis ſuſpenſis Ioannem Aprilis, filium D. Horlantij Aprilis militis D. Sancti Romani Ciuitatis ditionis Viennenſis fuiſſe, mirabiliter à dicto mortis iudicio liberatum: videlicet quod dum furcarum ſcalas aſcenderet, à tribus Orientis Regibus auxilium implorauit, & fuit mirabiliter exauditus. Vnde fatemur, & per præſentes credentia literas, iterum atque iterum omnibus & ſingulis fidem facimus, ipſum antedictum Ioannem fuiſſe tali cum miraculo liberatum, promittentes, quod cum illa qualitate vel ſubſtantia, videlicet ſic nudus, ſic pauper cum Capiſtro in collo trium dictorum Regum Orientis in ſui auxilium vocatorum, domum ſiue templum, quod in Colonia Alemanniæ Ciuitate ædificatum dicitur, quærere deuotiuè, die 12. Octobris.

Dux Ath. & Comes
de Cataria.

Dicã prius de lapidibus Eccleſiaſticę huiſtructuræ viuis aliquid, & poſt ad deſcribẽdos paululũ hos SS. Barbaros recurrã.

Aedis huius Cathedralis Metropolitanæ Archiepiſcopalis pro tempore in ſua ſucceſſione angularis lapis eſt Sereniſſimus ac Reuerẽdiſſimus ſacri Romani Imperij Princeps Elector Erneſtus, vtriuſq; Baua-

Bauariæ Dux; Et Sereniſſimæ atque Reuerendiſſimæ Celſitudinis Suæ Coadiutor, Dux Inclytus Ferdinandus ambo Sereniſſimi, Religioſiſſimi ac pientiſſimi Senioris Guilielmi Bauariæ Principis ille frater: hic filius. Innitũtur autem huic fundamento 5. Comprouinciales Diecæſani, Mimigardeuordenſis ſeu Monaſterienſis ſcilicet: Traiectenſis, Leodienſis, Mindenſis & Oſnabrugenſis. Sed & Cardinibus gaudet, meris vel Ducibus, Comitibus aut Baronibus, inter quos ceu Illuſtres, Capitulares numero ſunt ſedecim. Nec deſunt Columnæ quibus ædificium fulciatur; & hi ſunt ſeptem illi tam diuinæ quam humanæ Paginæ Doctores Canonici Presbyteri, quibus octauus nũc acceſſit. Dignitatũ prima eſt præpoſitura, ſed vocem in Capitulo non habet, neque in Capitulo niſi ad nutum cõparet. Proxima huic eſt Decani, Subdecani, Scholaſtici, Chori Epiſcopi, & duorum Archidiaconorum, qui duo ex ſtatutis Synodalibus ſunt Iudices in cauſis Cleri in & extra Ciuitatem Coloniẽſem, per viam appellationis.

Omnes Capitulares, tam Illuſtres, quam Doctores Canonici Presbyteri, vis habẽt eligendi Archiepiſcopum.

Vicarij autem Cathedralis huius Templi nu-

pli numero ſunt viginti quatuor. Redeo viſum, an quæ de Magis noſtris reſtent expedire queã. Hi itaque primi omniũ ex gẽtibus, Chriſti Saluatoris infantiam tertio decimo poſt Natiuitatẽ die in Bethlehem ſtella duce adorauerunt; Et ſi Epiphanio fides habenda, ex Abraham Originem duxerunt, filijs ſcilicet quos ex Cęthura ſuſcepit. Nomina eorum, ætas & vultus, cuiuſmodi fuerint, & quæ quiſque munera obtulerit, ſicut ex Maiorum traditione acceperat, his verbis, Beda venerabilis in Collectaneis, deſcribit. Primus (inquit) dicitur fuiſſe Melchior, ſenex, barba prolixa & capillis; Aurum obtulit Regi Domino. Secundus nomine Caſpar, iuuenis imberbis, rubicundus, thure quaſi Deo oblatione digna Dominũ honorabat. Tertius fuſcus, integrè barbatus, Balthaſar nomine, per myrrham filiũ hominis moriturum profeſſus eſt. Quod autem vnus eorum niger & Aethiops depingi ſoleat, vt in multis ijſque antiquis, apud nos picturis apparet; ex eo profectũ videtur, tum quod Beda tertium fuſcum fuiſſe perhibet, tum quod ex pſalmo, die regum in Eccleſia decantatur; Coram illo procident Aethiopes. Reges fuiſſe (quod Chriſti gloriam maximè illuſtrat) pium eſt credere. Id enim Dauidis & Eſaiæ

Matt. 2.

Pſal. 71.

Pſal.71. Iſa.60. vaticinijs conſentaneum eſt, vbi ſic habetur: Reges Tharſis & Inſulæ munera offerẽt, Reges Arabum & Saba dona adducent. Et ambulabũt gentes in lumine tuo, & reges in ſplẽdore ortus tui. Pariter, Herodis ac totius vrbis Hieroſolymitanę ad eorũ aduentum trepidatio, munera item pretioſa, quæ ex theſauris ſuis deprõpſiſſe referuntur; Maiorũ deniq; traditio, ſcriptis ſermonibus, Cãtionibus, Hymnis & picturis, vt vulgarib⁹, ſic antiquis, prodita cõfirmat. Nec quicquã ad rẽ facit, quod Euangeliſta nõ Reges, ſed Magos appellarit; id enim cõſultò factũ eſt, quod Chriſti gloria, noſtraq; religio, Magorum ſiue ſapientũ teſtimonio potius quã Regum potẽtia cõſtabilienda videretur. Ad profeſſionem eorum quod attinet, Sapientes Aſtrologos fuiſſe Cyprianus ſermone de ſtella & Magis non inconueniẽter exiſtimat; vnde diuina Sapientia, quæ diſponit omnia ſuauiter, ſtellæ potiſſimũ indicio illos (vt qui vim & diſcurſum aſtrorũ obſeruãtes certis experimẽtis nouerãt) ad ſe pertraxit, accedẽte tũ diuinæ gratię lumine, tũ hominum ex Scripturis demõſtratione. Nam de loco vbi Chriſtus naſceretur, à Scribis ex Michæa inſtructi erãt, & ſtellã illã Meſſię ortũ ſignificare, ex Balaã prophetia, per maiorũ traditionẽ acceperant.

Tertul. li.3. cõtr. Iudæ: cap.9. Hect. pint. in 1. cap. Daniel.

Michæ.5. Num.24

rant. Ex Arabia fœlice veniſſe, quod Tertullianus & alij memoriæ prodiderunt, verisimile videtur, tum quod reſpectu Iudeæ ad Orientē teſte Tacito, ſita, tum quod auri, thuris & myrrhæ ferax ſit; Deniq; quod hæc opinio cū Eſaiæ Vaticino conſentiat: Omnes de Saba (id eſt Arabia, teſte in eum locum Hieronymo) veniēt, aurum & thus deferētes; Item cū illo Dauidico; Reges Arabum & Saba adducent: Et rurſus, dabitur ei de auro Arabiæ, &c. Porrò auri, thuris & myrrhæ munera Chriſto obtulerūt, vt adoraturi vnū, tria ſe ſimul crediſſe demōſtrent, auro honorātes perſonā Regiam, myrrha humanā, thure diuinā. Via aūt qua propter metū Herodis alia in regionē ſuā ſint reuerſi, reperi in Antiquo incerti Authoris codice an. 1500. Coloniæ in officina Quenteliana impreſſo, quod oēs illas terras, per quas olim Holofernes cū ſua militari expeditione ex Caldæa in Iudæam peruenit (ſtella quæ iā diſparuerat nō amplius ducatum præbēte) laborioſè ſatis per interpretes varios integri biennij ſpatio (vt diſtantia inter diuinam & humanam operationem daretur intelligi) tranſierint, qua de re certius quid apud Surium in vita S. Theodoſij Cœnobiarchæ (vbi legitur, Magos hos in ſpelunca Theodoſij

Lib. 9. contra Iudaos.

Eſa. 60.

Tom. 1. fol 241.

diuerſatos) inuenitur, cuius etiam opinionis eſt, Clariſſimus Cardinalis Cęſar Baronius, tomo primo Annaliũ. Poſt Chriſti Aſcenſionem à D. Thoma, Indorum Apoſtolo, in fide Chriſti plenius inſtructi, baptizati, imò Epiſcopi in populo ſuo ordinati, magnam gentilium turbam ad Chriſtianæ religionis cultũ, adduxerunt, non aliter ac meſſis copia frugum primitias conſequitur. *Chryſo. hom. 2. operis imperfecti.* Sic Magos primitias credentium ex Gentibus innumerabiliũ fides populorum, tanquam vberrima ſeges eſt ſubſecuta, impletumque vaticiniũ Dauidis; Qui poſtquam prædixerat; *Pſal. 71.* Reges Arabum & Saba dona adducent, adiungit: Et adorabunt eum omnes Reges, omnes gentes ſeruient ei. *Pſal. 85.* Item omnes gentes quaſcũque feciſti, venient & adorabũt coram te Domine, & glorificabunt nomen tuum.

Poſtquam autem in ſenectute bona ex hac vita in pace diſceſſerunt, corpora eorum primò S. Helenæ Auguſtæ ſtudio Conſtantinopolim allata, ibidem in Eccleſia S. Sophiæ permanſerunt, vſque ad tempora Emanuelis Imperatoris. Qui cũ natione Græcum quendam, Euſtorgium nomine, Epiſcopum Mediolanenſem ſibi admodum familiarem haberet, eidem ad inſtantiam ſuam prædicta triũ Magorum

rum corpora (quemadmodum traditiones Colonienſium perhibent) donauit, qui ea ibidem in Eccleſia Monialium Ordinis S. Dominici reuerenter collocauit.

Tandem anno poſt Chriſtum natum 1164. cum Fridericus Imperator II. cognomento Barbaroſſa, validè ſeſe ad Lombardicam expeditionem pręparaſſet, Comitem Palatinum Ottonem & Cancellarium ſuum Reinoldum poſt 42. Archiepiſcopum Colonienſem, cum exercitu, ad oppugnãdas maritimas vrbes, Rauennam atque Anconam præmiſit, quos ipſe cum mole exercitus ſecutus Mediolanũ obſedit. Erant cum Imperatore Rex Bohemiæ, Henricus Dux Saxoniæ, Henricus Dux Alſatiæ, Fridericus Dux Sueuiæ, Bertholdus Dux Carinthiæ, Ludouicus Landtgrauius Haſſiæ, Conradus Comes Palatinus, & Fridericus Archiepiſcopus Colonienſis Reinoldi Anteceſſor. Mediolanenſibus igitur tribus vnà portis erumpentibus, & Imperatoris Caſtra inuadentibus, magna ſua clade repulſi, retroceſſerunt. Videntes ergo, quod armis Imperatoris reſiſtere non valerent, deditionem cõceſſerunt. Imperator autem ciuitatem coronatus ingrediens, obſidibus quingentis acceptis, indictoque tributo

Crantius li. 6. in Metrap. Sax. cap. 30.

annuo, iterum abſceſſit. Inde cum tributum impoſitũ miſſis Oratoribus exigeret, ciues in tumultu verſi, rebelles ſeſe exhibuerũt. Quod vbi Imperator intellexit, auctis viribus ad vrbem denuò obſidendam redijt. Sed & ipſi quoque Ciues animo aucti, inuectis commeatibus, obſidionem triennio toto ſuſtinuerunt. Cũ autẽ interea temporis Fridericus Archiepiſcopus Colonienſis moreretur, Imperator Cancellarium ſuum Reinoldum ad eam ſedem miſſis ad Eccleſiam Coloniẽſem literis promouit.

Chron. Col. fol. 173.

Reinoldus, ſicut gratia & authoritate apud Imperatorẽ valebat plurimũ (maximè quia in illa militari expeditione ipſi in adiutoriũ occurrerat) corpora Magorũ cõmemorata, victoria potita ſimul cũ corporibus SS. Felicis & Naboris muneris loco ab Imperatore accepta Mediolano Coloniã tranſtulit. Atq; vt tribus Magis pari numero conſociarentur & Martyres, duplicareturque triplex Sanctorũ funiculus, opera Brunonis eius nominis primi, Epiſcopi verò Colonienſis 25. diuinitus contigit, vt duobus illis tertius accederet Gregorius Spoletanus. Hoc itaque modo Coloniam aducti, honorificè à Clero excepti, Anno 1168. poſtridie S. Mariæ Magdalenæ (qui & 23. Iulij) in

Eccle-

Eccleſia Cathedrali reuerenter collocati ſunt. *Reges, iſti peregrini, ornantes vrbem Conſtantini, inde tandem & tranſlati, commendati Ciuitati, cui nomen Ambroſia. Ter inuentos, ter tranſlatos, nutu Dei ſibi datos, colit hos Colonia. Nunquam locum mutaturi, nec vt olim reuerſuri, ſunt per viam aliam. Colunt Reges propter Regem, Summi Regis ſeruant legem, Coloni, Coloniæ.* Gaude fœlix Agrippina, quæ ex ſpeciali gratia, tam nobiliſſimis gentium primitijs ornaris, de quibus plus quã de omnibus opibus tuis gloriaris, & vbiq; terrarũ ſpecialiter amaris, propter quos vltra omnes mundi ciuitates indeſinẽter quæreris & prædicaris, linguiſque omnium vſque ad vltimos fines terræ nominaris. Eo enim tempore non minus celebris fieri cœpiſti iſtis trium Regum aliorumque Sanctorum reliquijs, quam Hieroſolyma Stephano, Roma Petro & Paulo, Hiſpania Iacobo, & Gallia Martino. Agnoſce ergo in Magis tuis Chriſti adoratoribus, conuerſionis tuæ, fideique primitias, vt quem illi infantulum venerati ſunt in cunabulis, tu omnipotentem adores in cœlis. Offendebant Barbari illi paruulum natum, vilibus pannis inuolutum, duro in Præſepio reclinatum, matriſque ſinu pauperculæ exceptum. Tu in Chriſti fide illorũ exemplo iam dudũ ſolidata, idem Chriſti corpus in Eccleſia (quæ vera

Bethlehem ſeu domus Panis illius cœleſtis dicitur) externis ſpeciebus tanquam faſcijs obuolutum non iam in præſepio, ſed in Altari, reuerenter adora; Nihil te cogitationum fluctus conturbent, nihil ſenſuum fallax Hæreticorum iudicium, ſed verbum Dei (Hoc eſt corpus meum) te certiorem reddat.

Cæterum tam pretioſi theſauri Procurator Reinoldus (qui & 7. Macchabæos eadem opera vt ſuo loco dicetur ex Italia Coloniam tranſmiſit) Anno MCLXV. in Lombardia mortuus, Colonię in Summo Templo Sacelli B.V.Mariæ (in quo ſingulis diebus in aurora Miſſa de Domina noſtra figuraliter cantatur, & imago quędam eiuſdem Virginis Mediolano vnà cum reliquijs translata, viſitur) ſepulturæ mandatus fuit.

Inter aliàs verò Summi Templi reliquias ſanè quamplurimas, præcipuè hæ ſunt.

Superior pars Baculi S.Petri, vnà cum eiuſdem catenæ parte, à prædicto Brunone huic Eccleſiæ donatæ.

Sed & B. Irmgardis Comitiſſa Virgo Deo deuota & Sancta (quæ relictis omnibus iuxta tres Magos, vitã ducẽs inculpatã mortua, ibidem ſepulta eſt) Caput S.Sylueſtri Papæ & Confeſſoris (qui Conſtan-

tinum

tinum Magnum & S. Helenam Auguſtam ad religionem Chriſtianam multis alijs rebus Sanctiſſimè geſtis conuertit, cuiuſque natalis dies 31. Decembris, annuè currit) Roma per ſe allatum huic S. Aedi[illegible]no reliquit.

Mart. Rom. hac die.

Inſuper brachium S. Agapiti Martyris, qui cum eſſet annorum quindecim, & amore Chriſti ferueret, iuſſu Aureliani Imperatoris tentus, primò neruis cæſus, deinde à Præſide Antiocho grauia perferens ſupplicia, exinde Imperatoris præcepto, leonibus ſubiectus, nec læſus, tandem gladio coronandus percutitur, cuius Natal. apud Prænestinam, 33. milliaribus ab vrbe 18. Auguſti occurrit.

Item brachium S. Agnetis Virginis, & Martyris, quæ Romæ, ſub præfecto Symphroniano, ignibus iniecta, ſed ijs per orationẽ extinctos, gladio percuſſa eſt, de qua S. Hieronymus ita ſcribit: Omnium gentium literis atque linguis, præcipuè in Eccleſijs Agnes vita, laudata eſt, quæ & ætatem vicit & Tyrannum, & titulum caſtitatis Martyrio conſecrauit, cuius natalis quotannis 21. Ianuarij currit.

Molanus hac die.

Martyr. Rom. hac die.

Item de pleriſque Apoſtolis particulæ notabiles.

Item notabiles partes de SS. Innocentibus pueris.

Item magna pars de ligno S.Crucis.

Item crux admodum pretioſa, diuerſis SS.reliquijs referta.

Item Corporale, Chriſti ſanguinem mira[illegible]loſum olim repræſentans: de quo ita Cæſarius, Illuſtr. miracul. libr. 9. cap. 22. Sacerdos quidam in Diocæſi Colonienſi, quadam die celebrans, iuſto Dei iudicio Calicem cum Sanguine in Canone fudit ſuper corporale, quod ſtatim humani cruoris cœpit formam: Cumq; dicta miſſa Sacerdos mœrens ſuper calicem illud crebrius lauiſſet, rubeum colorem abluere non potuit: tunc amplius territus, orationes omnibus ſuis paræcianis, inſtituit, corporale lauit, ſed non profecit. Quo viſo tollens ſecum ſacrum linteum, Rudolphum Scholaſticum Coloniēſem, virum magni nominis accerſiuit, caſum expoſuit, corporale oſtendit, & quod nullo liquore, calor ille ſanguineus ablui, nullaque arte, ſiue oratione poſſet deleri, conteſtatus eſt. Cui ille, ſicut vir prudens reſpondit; Eſt ne aliquis in parœcia veſtra, qui de hoc Sacram: dubitet? Reſpondit Sacerdos: Eſt quædam incluſa, quæ frequenter inde dubitat. At ille: Oſtendite illi, fortè idcircò Deus, veſtigia ſanguinis in hoc corporali deleri nō ſinit, quatenus eis viſis, illa in fide roboretur: Quod cum

factum

factum fuiſſet, mulier credidit, & linteũ priſtinum colorem recepit.

Sepultus eſt etiã in huius Tẽpli Catharinæ Sacello Beatæ memoriæ 48. Colon: Archiepiſc: Engelbertus von Berg/ qui anno 1220. die 7. Nouemb. ob defenſionẽ oppreſſorũ, à Comite Friderico ab Iſenburg, bonorum Eccleſiaſticorum inuaſore occiſus eſt. *Martyr. Caniſij fol. 313. Martyr. Baron. 7. idus Nouemb.*

Proinde ſepultus eſt in Choro, monumento eleuato (qđ ex atro & candido marmore veſtitum cernitur) 56. Archiepiſc. Colon. VVilhelmus von Genepe/ qui anno 1349. ſummã Aram ex mero Pario marmore grato fulgore micãte, extruxit, illamq; magnificẽtia planè regali, ſtatuis videlicet argenteis 14. duabus. Deiparę Matris & B. Petri Apoſt: duorũ cubitorũ; reliquis verò 12. Apoſtolorũ vnius cum dimidio circiter cubiti exornauit, quæ pro diuerſitate temporis, vel remouentur vel reponuntur. In latere Chori dextero, ſepultus eſt in monumento nõ abſimili 55. Archiep. Colon. VValramus Comes Iuliacenſis, Templi Carthuſianorum primus fundator, qui anno 1349. mortuus eſt Pariſijs, ſed Coloniam poſtmodũ aduectus.

Porrò circa altare S. Nicolai, conſpiciũtur adhuc antiqua ſedilia, quibꝰ olim Procuratores & Notarij Archiepiſc. Aulę Colonien-

lonienſis, dum Miſſæ ſacrificio in illo Altari per certos deputatos celebrari ſolito, priuſquam ad Tribunal Iuſtitiæ ſeſe conferebant, intererant, vſi ſunt; pro vt & in Eccleſia Mariana huic Cathedrali contigua à Venerabili Clero obſeruatum fuit. Quem in finem quædam peruetuſta fundatio (Fraternitas Thobardorum vocata) erecta erat, ex qua vnus Sacerdos in præſentia Prælatorum & deputatorum Cleri (antequam de cauſis Eccleſiaſticis conſultatum veniebant) Miſſæ Sacrificiū præmittebat. Et ſic tam piæ Maiorum conſuetudines, non malè eo vergebant, vt inter alias cauſas non immeritò Agrippinæ Coloniæ Sanctitatis titulum attributum eſſe conſtet, quæ omnes actiones ſuas Eccleſiaſticas & Politicas per Religionis pietatem auſpicata fuit.

De Theopheria illa extra ordinaria atque ſolemni, quam Theodoricus Comes à Morſa 59. Archiepiſcopus Colonienſis, quotannis feria ſexta poſt octauas Paſchæ inſtituit, & Summus Pontifex Martinus eius nominis quintus annis ſeptem totidemque carenis indulgentiarum (quarum participes fiunt, quotquot illam per vrbis gyrum comitantur) dotauit, cū ſæpenumero à Ciuitatenſibus, vt qua de cauſa inſtituta eſſet eam ponerem, rogarer;

ter; ſollicitè tandem ſciſcitanti Ampliſſimus ac nobilis D. Ioannes Hartenrath Conſul primarius, pro ingenitâ ſua incôparabili humanitate mihi adfuit, & quantum in hoc negotio intelligit, me coram docere dignatus eſt, videlicet: Inſtitutionis cauſam finalem, veriſimilem fuiſſe aiebat, quod cum omnes Celebres Ciuitates ſuas extraordinarias ſemel in anno ſolennes obſeruent Proceſſiones (quibus durantibus annales nundinę celebrantur, ac relegatis proſcriptiſque ad eas liber patet acceſſus, immunitaſque conceditur) fieri potuerit, vt ad aliarum imitationem Originem ſuam inde duxerit, pro vt tribus diebus ante & tribus poſt Theophetiam idipſum modulamine Muſico ex Domo ſenatoria ad conſonantiam prędictarum rationum, iocundiſſimè præcinitur.

Altera autem quæ ſequenti feria ſexta prçcedētem ſequitur Silueſtrina proceſſio, ac per gyrum antiqui muri, ſe intra vrbem continet, quid ſibi, ob præſertim tot cæremonialia circa caput S. Sylueſtri obſeruari ſolita, velit, à nemine, nec ab ijs, qui id ignorare non debebant, intelligere potui, niſi quod fortaſſis V. Cleri & Ampliſſimi Senatus optimam denotat correſpondentiam, cum præcedentem

Sena-

plicabilis, vel operis cuiuſuis arte imitabilis, ita metallorũ fulgore & artificij varietate muris etiã validis excelſiſque etiamnũ aliqualiter decorata firmataq; eſt, vt nihil ſupra per omnes illas regiones, vel fuiſſe vel futurũ eſſe celebri Sermone feratur. Opus enim totum marmoreis columnis, fulciebatur: Auri verò fulgoris tantum in ea emicuit, vt muſiua foris & intus rutilans elegantia nomen ad aureos Sanctos ſortita ſit. Hinc illa frontiſpicij Templi ad vtrunque oſtij latus aureis literis expreſſa ſuperſcriptio.

TEMPLVM SANCTORVM GEREONIS SOCIORVMQVE EIVS CCCXVIII. Thæbeorum Martyrum. Et Gregorij ſociorumq; eius CCCLX. Maurorum Martyrum.

Regibus exemplum, ſacroq; cariſmate plena — *In latere dextero.*
Condidit hoc templum S. Gereonis Helena,
Pagana nata, Iudæa fit, inde renata
Inuentrix S. Crucis almo pneumate flante.
Septuaginta duo Collegia fundat amœna,
Donans perpetuo Thæbeis mater Helena.
Diuitias peperit quaſi mater honorificata — *In ſiniſtro latere.*
Religio quod ait ſententia Gregoriana,
Proleq; vaſtata, mater nec prole beata
Dum diſciplina ceſſat, regnatq; ſimultas,
Deficit Eccleſia virtus, pariterque facultas.

In hoc Collegio Canonici Illuſtres ſunt ſedecim, inter quos Præpoſitus & Decanus

nus ſemper Duces vel Comites exiſtunt. Non nobilium autem ſunt decem Canonici, Presbyteri cum Vicarijs duodecim.

Surius tom. 5. fol. 674. Contigit in hoc Templo, dum S. Seuerini Succeſſor S. Euergislus, quadã die dolore capitis nimio cruciatus, ad BB. Martyrum memoriã oratũ accederet, & adhuc in Sancti illius theſauri indicium nullum faſtigium excelleret, vt ad verſiculum in laudem SS. dici ſolitum; *Exultabunt Sancti in gloria*, à ſe Templum ingrediente, inchoatum protinus per Venerabilem illum Sanctorum Chorum *Lætabuntur in cubilibus ſuis*, reſponſum ſit, ita vt cum Pontifex ſtupefactus id audiſſet, laudem Deo repentè cum omnibus, qui aderant, conclamarit, & appropians de loci ipſius puluere, capiti ſuo ſalutare remedium appoſuerit, conſignatoque cũ Summa reuerentia loco, receſſerit. Manifeſtati ſunt hi Sãcti Anno 1121. quo tempore S. Nortbertus ex Lotharingia præclaris natalibus oriundus, Præmonſtratenſium Fundator ad quærendas Sanctorum reliquias Coloniam ſe contulit: ſuis namque indicto ieiunio, & orationi inſtantibus, vna de numero 11000. Virginum, ipſi apparens, nomen & locum vbi iaceret, inſinuauit, quæ in craſtinum leuata ſolemniter, cum alijs reliquijs ad Cænobium Præmonſtra-

monſtratenſe relata eſt. Altera autem die apud S. Gereonem pernoctans, mane facto, in medio Eccleſię, vbi nullum Sepulturæ ſignum apparuit, effodi iuſſit, & Corpus S. Gereonis integrum præter capitis partem, vnà cum reliquis inuenit; Eleuatiſque per Fridericum primum Archiepiſcopum trigeſimum ſeptimum Colonienſium, ac parte de S. Gereone ſibi donata, Præmonſtratum receſſit, à quo tempore Colonienſes hos ſanctos, pro Patronis ſuis venerari incæperunt. *Trithe. in Chron. Hirſaugienſ.*

SS. autem Mauros, qualiter S. Anno, (qui anno 1075. ex humanis migrauit.) inuenerit, hac ratione id contigit. Habebantur hi SS. à populo in negligentiori veneratione, eo quod in Auſtrali latere Templi, ſuæ memoriæ cryptam ſatis humilem & paucorum receptioni habilem, obtinentes, ex acceſſu rariori per ætatum ſucceſſiones, è memoria penè ſublati eſſent. Quæ negligentia multis increſcens annis, ſic & Annonis S. durabat temporibus, donec nocte quadam eo quieſcente, reuelationis huiuſmodi ſalutari correptus eſt verbere. Sublatus in exceſſum mẽtis, eorundem Chriſti Martyrum, Sanctorum ſcilicet Maurorum, multitudinem cum magna luminis gloria, velut ad Concilium vno in loco congregari videbat.

bat. In quos cum mirantibus defixus oculis quem viſio finem habitura eſſet, ſumma ſuſtineret exſpectatione, raptus continuò, locum, qui congregata multitudinis medius erat, vt examinandus acceſſit, toruis aſpectibus in eum cunctis reſpicientibus. Cumque diſcuſſio ſubtilis ageretur, vel operum illius, vel meritorum, ab illa ſancta concione magnarum quærimoniarũ generalis clamor exortus eſt, conquerentibus eis, anteceſſorum eius incuria ſe tanti temporis cõtemptum pertuliſſe, nec vllius venerationis cultum à Conciuibus vrbis ſuæ eatenus accepiſſe: in hoc ſe amplius permoueri, quod qualitercunque à Superioribus Epiſcopis erga ipſos actum ſit, eius, de quo ſpes melioris ſtudij habebatur, non minor in eos neglectus exiſteret. Poſt has SS. interpellationes, vbi per increpationem diſtrictè requiſitus eſt, qua temeritate tot veritatis teſtes in tanta vilitate habuiſſet, non inuento excuſationis loco, cunctorum ſententia iuſtę vltionis flagellum ſubire iuſſus eſt: Itaque veſte ſpoliatus, verberibus grauiter attrectatus eſt. Suſpirijs autem, & omnis emendationis ſponſione ſuppliciter in tormentis, vt parceretur, laborans, hac eadem conditione tandẽ dimiſſus, à

Notent hæc Hæretici, qui cultũ SS. Reliquiarum ſubſannant.

ſus, à ſomno grauiſſimo, magno pauore æſtuans, euigilauit ita tremens, & totius corporis habitu ita ſe gerens, quaſi ſub flagellis etiamnũ palpitaret. Moxque in ſe reuerſus, intelligentiam ſomni non aliundè, ſed ex illatis plagis in ipſo corpore ſenſibiliter habens, neceſſario placandos dixit, quibus iratis tantæ acerbitatis animus ineſſet; ſatiſque metuendum, ne denuò concitatis eis, non vt ante, aliqua reſpirandi copia ſibi concederetur. Collectis ergo viris induſtrijs & ingenioſis, ad eandem rotundi ſchematis Baſilicam, ab orientali parte rupto muro veteri, nouum continuauit ædificium, quod diſpoſitis in longum parietibus, per aſcenſus adſpectu decentiſſimos, in Chorum ſpectabilem, turreſque geminas operosè ſuperius cõſurgẽs, cryptam in inferioribus magnæ capacitatis explicabat. Addens præterea hunc ex Coloribus ſiue metallis ornatũ, egregiæ laudis Titulum, vbi verſibus appoſitis ita promeruit.

Ex vita S. Annonis, Reginhardi Sigbergẽſis Abbatis iuſſu grauiter conſcripta. lib. 2. cap. 17.

Ex Domini monito compunctus Epiſcopus Anno,
Quicquid habere poteſt diuinis cultibus offert;
Iuſſit & aſtantes appingier ordine Patres
Vrbis Agrippinæ, ſanctæ virtutis Amicæ,
Pro quibus in cœlis lætabitur ipſe fidelis.

His omnibus vt hodiè cernitur pul-

chrè perfectis, deinceps in exquirendiſ ſanctarum reliquiarum corporibus immorabatur. Huius autem intentione ſpei, ſtratam marmoribus terram, intra templi ſepta detegens, principem S. Sodalitatis illius, BB. ſc. Maurorum, Gregorium nomine, ſocijs in circuitu quieſcentibus, accuratius præ cæteris humatum reperit, chlamyde purpurea circumdatum, orarum eius extremitatibus in inſignem auri texturam deſinentibus. Hunc cum nõnullis alijs de ſepulchro ſuper altare debita reuerentia exaltans, in eius laudem, qui talium theſaurorum author & largitor erat, erupit: & exinde nomen & memoria SS. Maurorũ per omnes Coloniæ angulos celebrior inoleuit.

Anno 1266. cum Vrbs Colonia, obſidione quadam circumuallata eſſet, miles quidam noctu in tentorio quieſcens, vidit D. Vrſulam, rutilanti corona præfulgidam, cereum lucidiſſimum manu gerẽtem, ac lumine ſuo totius Vrbis luminibus æquipollentem. Quam vndena virginum millia, Sanctorum quoque Thæbeorum & Maurorum agmina, (vti in mœnibus Colonienſibus ſculptum cernitur, & picturæ antiquæ Baſilicæ S. Gereonis teſtantur.) ſequebãtur. Qui omnes portas ciuitatis, roſeis crucibus conſignare, ac

contra

contra hoſtium vim pręmunire videbantur. Quo miraculo territi hoſtes, & de obtinenda vrbe deſperantes, obſidionem ſoluerunt, temerarium exiſtimantes cum gigantibus cœleſtibus in arenam conſcẽdere, ac ipſos Diuos, Diuorumq́ue patrocinio præmunitos Colonienſes, inanibus pręlijs laceſſere. In cuius diuinę protectionis perpetuā memoriam, & iugem gratiarum actionem, Ampliſſimus Senatus quotannis, ipſo Sanctorum Maurorum feſto (quod 15. Octob. currit) decem grādes cereos Baſilicæ D. Gereonis dono tranſmittit, qui in crypta SS. Maurorum tunc per aliquot dies lucere conſpiciuntur.

Anno IↃCXIII. Theodoricus Rex Francorum poſteaquam fugientem ex conflictu fortè Telbiacenſi, fratrem Coloniæ conſecutum, ibidem interfeciſſet, in Baſilica S. Gereonis, cum vtriuſq; Regni Primatibus confidens, ob religionis, diuiniq́ue cultus contemptum & necem fratris, punctionem acerbiſſimam in latere ſuo ſentiēs exclamauit: Ianuas obſerate, quia neſcio, quis ex periuris iſtis ribuarijs me pungens occidere voluit. Cumq́ue exueretur toto latere, præter rubeum punctũ, quaſi acus nihil viſum eſt, ex quo tamen perijt, teſte Anonymo Cęnobita Eberba-

cenſi,cuius manuſcriptum codicem Clariſſ. I.C. Dominus Brulmannus Agrippinas poſſidet.

Ex quibus omnibus, liquidò conſtat, SS. hos non tam fidelibus hactenus patrocinari, quam ſui contemptum quorum mors in conſpectu Domini tam pretioſa eſt, non immeritò vlciſci ſolitos fuiſſe. Monſtratur autem vſq; hodiè, in loco vbi S. Gereon trucidatus eſt, ſanguinis ipſius ſpectaculum, pro vt ipſe ſupplicij locus, ad Martyres acceptum ab incolis ſeruat vocabulum.

Præter commemoratorum SS. Corpora adhuc aliæ in hac Eccleſia reliquiæ aſſeruantur. Primo Chriſti Corpus miraculoſum (cuius Hiſtoriam ſub Titulo Eccleſiæ Canonicorum Regulariũ recenſitam inuenies) continetur in lignea ciſtula clauſtris obſerata, & iuxta S. Gereonis Altare (quod ante chorum in gradibus ſitum eſt, cũ tali inſcriptione immurata.

Qui finem neſcit, hac clauſus in æde quieſcit.

Item aſſeruatur portio de Cruce Domini ac eius ſepulchro.

Item de veſtibus B.V. Mariæ.

Item dens vnus B. Pauli Apoſtoli.

In introitu templi ad dexterum latus ſepulchrum 19. Epiſcopi Colonienſis Hil-

deboldi

deboldi viri ſimpliciſſimi (qui Antiquũ Summum Templum quod ante modernum erat, ædificauit) cernitur. Hic cum anno domini D. CCCXVII. vacante ſede Colonienſi, de electione Præſulis, Electores conuenire non poſſent, & Carolus Magnus Imperator mox comparens ſeſe interpoſuiſſet, caſu accidit, vt ad Auguſti aduentum, humanæ redemptionis myſteria ad Altare Dei, tum ſimplex Sacerdos celebraret. Hunc cum Imperator in introitu Ciuitatis S. Altari aſtantem reperiſſet, ex equo deſiliens Miſſæ eius Sacrificio interfuit, ipſique Sacrificanti aureum ad aram obtulit; Sed vir Dei oblationem renuens Imperatori (quem venatorem putabat) dixit. Domine: Man opffert hie nicht mit gulden/ Sed feræ quam proximè capies exuuium, ad cooperiendum Breuiarij codicem mihi dona. Cuius ſimplicitate motus Imperator, eum Epiſcopum conſtituit, quemadmodum ad ſepulchrum eius depictum cernitur. Dedicatione Templi, ipſo Decoll. S. Ioannis Baptiſtæ currente.

i. non offerunt hic auro.

III. COLLEGIATA ECCLESIA S. SEVERINI.

PRima fundatiõe ab eiuſdẽ nominis 2. Coloñ. Epiſcopo ſub Patrocinio

SS. Cornelij & Cypriani, Anno 376. extructa Baſilica, noſtra ætate ad S. Seuerinum dicitur. Cuius chorum, vti nunc cõſpicitur, 24. Col. Epiſcop. VVichfridus, auctis prædijs ampliauit. Habet hæc Eccleſia 16. Canonicos & 12. Vicarios, quorum Præpoſitus & Decanus in Clero ſunt Prælati. Pulchra eſt & attenta diuini cultus in hac Eccleſia exercitatio. Inter reliquias quas habet varias, principem locum obtinet, medietas corporis S. Seuerini Fundatoris. Hic, natione Aquitanus, patriam habuit Burdegaliam, vbi & (cum prius Eccleſiæ Col. diſpoſuiſſet) mortuus fuit, Sede inter S. Maternum & ipſum, annis 313. paſtore orbata. Contemporaneus S. Martini eius animam, cœleſtium ſecretorum conſcius, dulciſſima Angelorum harmonia, in loco vbi nunc Carthuſia ſita eſt, Martinsfeldt cognominato, ad cœlum deferri audiuit. Aduentus ſui tempore Euphratam Arriana lue infectum PſeudoEpiſcopum reperiens fidei indutus lorica, ſalutaris doctrinæ gladio, perfidum mercenarium expulit, & ſanctiſſimam Chriſti religionem propemodum collapſam, breui iterum erexit, & omni virtutum genere, florentiſſimam reddidit. Eius verò trãslationem, maxima Colonienſis terræ ſterilitas cauſauit. Nam cũ ſucceſ-

ſucceſſoris ſui S. Euergiſli tempore 3. cõtinuis annis, cœlum non daret pluuias, à Deo inſpiratus Antiſtes intellexit, ob ſui prædeceſſoris abſentiam id fieri. Itaque per Coloniẽſes ab Aquitanicis repetitus, & poſt longam concertationem tandem obtentus, illis aliqua S. Corporis parte relicta, Sacer Præſul in Eccleſia à ſe fundata, honorificè conditus fuit, orantibus tãti theſauri portitoribus, vt ſicut eos quõdam Doctorum ſolertiſſimus vita & doctrina gubernaſſet immaculata, ſic amodò interceſſor & patronus pijſſimus in perpetuum cuſtodiret. Quo eodem anno tanta fertilitas terræ Colonienſibus reddita fuit, vt ipſa ex ore omnium, Patronũ ſuum redijſſe veraciter, Sedique propriæ reſtitutum teſtaretur. Vnde & contigit, vt hoc verbum ab incolis vſitatum, etiam longinquos & exteros non lateret; factũque eſt quaſi in prouerbium, domi eſſe S. Seuerinum Epiſcopum. Quod vt aiunt, etiam Leo Papa, quaſi conſuetudinis oblitus, ſuo impreſſit exemplo. Nam cum Roma profectus, propter pœnas iniuſtè ſibi illatas, ad Imperatorem Carolũ migraret in Frãciam, deuenit in locum, quo viri S. Seuerini corpus venerabile requieſcit, ibique præter morem, quem in via ſeruarat, oratum Eccleſiam introiuit. Co- *Sur. tom. 5. fol. 927*

d 5 mites

mites autem eius mirantes, cauſam huiuſmodi ſciſcitabantur. Quibus ille: Loci inquit, huius defenſor domi eſt: ideo nõ ſum auſus illum præterire inſalutatum. Hinc ergo conſuetudo illa, Colonienſibus inoleuit, vt vno die per ſingulas hebdomadas, quam ſecundam feriam deligunt, ad S. Seuerini ſepulchrũ veniant, & vt per totam ſeptimanam eius Patrocinio fulciantur, ſupplici deuotione depoſcãt. Feſtiua autem eius celebritas annue 23. Octobr. currit.

Anno 1102. Hermannus cognomento diues, 36. Archiepiſcopus Colonienſis, Sarcophagum S. Seuerini ligneum, in argenteum deauratum, ac prætioſis exornatum margaritis commutauit. In quo ſic ſcriptum legitur.

Præſul præſentis Hermannus tertius vrbis,
Res Patronorum cupiens augere ſuorum,
Oſſa Seuerini capſæ prius indita vili,
Splendidiore domo gemmis incluſit & auro,
Quem pro peccatis, iuuet huius gratia Patris
Compenſans votum, ſimul hoc laudabile donum.

Peramplius aũt hanc tumbã pretioſis donarijs cõdecorarũt, Reuerẽdiſſ. D. Theobald⁹ Craſſelius Suffraganeus. Reuerẽd⁹ D. Cõradus VVippermãn loci Decan⁹, & Eximius D. Heresbachi⁹ ſigillifer maior.

Præter S. Seuerini Corpus adhuc aliæ

in hac

In hac Eccleſia ſuperſunt reliquiæ. vt:
De S.Cruce.
De Præſepio Domini.
De Colũna ad quã flagollat⁹ eſt Chriſtus.
De Virga Moyſis.
De SS.Pueris Innocentibus.
De cruore S.Stephani.

Martyrol. Romanum.

Pars brachij S.Blaſij M. Epiſcopi Sebaſtæ in Armenia, qui multorũ Patrator miraculorũ ſub Agricolao Præſide, poſt diutinam cæſionẽ,atq; in ligno ſuſpenſionẽ, vbi ferreis pectinibus carnes ei⁹ diruptæ ſunt,poſt demerſionẽ in lacũ,vnde ſaluus exiuit,iubẽte eodẽ iudice vnà cũ 2.pueris capite trũcatus eſt;Ante eum verò 7.mulieres, quæ guttas ſanguinis eius defluentes,dum torqueretur colligebant. Cuius Natalis 3.Februar. currit.

Pars capitis S.Emerentianæ Collectaneæ S.Agnetis(de qua etiam portio aſſeruatur)quæ cũ Romæ adhuc catechumena ad Sepulchrum S.Agnetis oraret,à gẽtilibus lapidata eſt.Cui⁹ Nat.23.Ian.colitur.

Baculus S.Seuerini,cuius Templi Dedicatio ipſo S.Martini peragitur.

IV. COLLEGIATA ECCLESIA S. CVNIBERTI.

A VII. Epiſcopo Colon. S. Cuniberto, Ducis Lotharingiæ Cralli filio, tempo-

tempore Heraclij & Conſtantini Impp. ſub patrocinio S. Clemētis fundata eſt, in qua (vita annis in Epiſcopatu 40. fœliciter functus) & tumulatus fuit, ideoque eidem nomen ſuum, quod etiamnum retinet, indidit, ita volēte Conrado à Hoenſteden Summi Templi nouiſſimo extructore, qui hanc nouis ædificijs ampliauit & dedicauit.

Eccleſia hæc ſatis elegans Canonicos habet 22. & Vicarios 13. è quibus Præpoſitus & Decanus in Clero Prælati exiſtunt. Inter varias huius Eccleſiæ reliquias, Corpus S. Cuniberti, (quod in tūba ſatis pretioſa reconditum aſſeruatur) primas ſibi meritò vendicat. Hic, cum quadam die, redemptionis noſtræ myſterium ſuper Aram Dominicam in Baſilica 11000. Virginū immolaret, Clerus & populus aſtās, columbam ſplendidiſſimam primum hac illacque, per totam Eccleſiam circumuolare, poſt verò Pontificis capiti inſidere, moxq; inde reuerſam, & iuxta tumulum cuiuſdam Virginis, ſtupentibus vniuerſis, ab omnium oculis elapſam vidit. Acclamatum itaque à ſingulis illicò, verè dignum hunc eſſe Sacerdotem Domini, fœlicemque Eccleſiæ paſtorem fore. Alterū eius Sanctitatis inſigne teſtimoniū, quod poſt mortem edidit, fuit, quando Anno 1080.

In vita S. Cuniberti. Sur. Tom. 6. fol. 275.

1080. contra flammam ignis, quæ Eccleſiam in gradibus B. Mariæ Virg. penè cōſumpſerat, at Summū Templum in parte Orientali iam inuaſerat, S. viri corpus à Sigevvino 35. Archiep. Colon. admotum fuit. Simulac namque S. præſentiam incēdium perſenſiſſet, ita ſubitò euanuit, vt pro comperto haberent omnes per merita S. Cuniberti id fieri. Vnde præfatus Antiſtes tantę Dei bonitati ac S. Patrono pro modulo reſpondere cupiens, die ſequenti dum corpus eius reportaretur, ad vtilitatem fratrum, ibidem Deo militantium non contemnēda bona eſt largitus. Quod vt verius credatur, & in poſterū firmius habeatur, manuſcriptum quoddam inde fieri, ac ſigillo ſuo ſigillari, anno vt ſupra 12. Cal. Martij is idem fieri mandauit. Et celebratur Feſtum S. Cuniberti 12. Nouēbris. Aſſeruantur adhuc in alia tumba deaurata duo Martyres Evvaldi Presbyteri, natione Angli, anno 693. in prouincia Antiquæ Saxoniæ quæ nunc VVeſtphalia dicitur, prædicandi Euangelij cauſa à paganis occiſi. Erat vtrique nomen Evvaldus, ea tamen diſtinctione, vt pro diuerſa capillorum ſpecie vnus niger, alter albus diceretur, ita vt ambo vnius, ſicut deuotionis, ita & vocabuli, fratres eſſent. Corpora autē ab homicidis illis in Rhenum

Baron. Tom. 8. Annal.

num proiecta, contra impetum fluuij decurrentis, per 40. ferè paſſuum millia ad eiuſdẽ Profeſſionis ſocios aliquot radio lucis permaximo deſuper ſe illuſtrante trāſuecta ſunt, & digno Martyribus honore ſepulta; Quo comperto, glorioſus Dux Francorũ Pipinus adducta ad ſe SS. corpora, ſplẽdidè admodum in Eccleſia Colonienſi cõdidit. Altera ex Colonienſium traditionibus opinio eſt, Evvaldos hos, eo loci, vbi nunc in Choro S. Cuniberti Puteus conſpicitur, quẽ in perpetuā rei memoriā ad ſanitatem languentiũ ſuperſtitẽ ferunt: Hinc verſus ad Puteum.

Appulit Evvaldos, violento gurgite Rhenus,
Quos Lux alta vehit, huc, vbi fons ſcaturit:

Nec mouere lectorem debet, quod S. Cuniberti Templum, lõgè ante Evvaldos ædificatũ dicatur, cũ idipſum interea tẽporis, Chori iſtius acceſſione, vt putant clinodiorũ ex collo dictorũ Evvaldorũ depẽdentium valore auctũ ſit, pleriſque Colonienſibus in vnum conuenientibus, Rhenũ eo olim locorũ, vbi nunc Chorus viſitur præterlabi conſueuiſſe. Poſtremò S. Anno, poſt Chriſtum natũ 1074. 5. Nonas Octob. ex loculis, propter præcedentiũ ignorantiā, admodũ vilibus, eos trāſtulit in præſentes, quẽadmodũ ipſe cõſignatis manu propria literis teſtatum reliquit.

quit. Feſto eorum 3. Octob. currẽte. Poſſidet hæc Eccleſia adhuc alias duas pretioſas tumbas, quarũ prior, ſacra oſſa de ſocietate Maurorum. Altera verò, de ſoc: 11000. Virginum incluſa continet.

Item gaudet hæc Eccleſia 2. partibus de ligno S. Crucis.

Item particula de Sepulchro Chriſti.

Item vno dente S. Ioannis Baptiſtæ, & capillis eius.

Item notabili portione S. Bartholomæi Apoſtoli.

Item capite S. Stephani Papæ & Martyris, qui in perſecutione Valeriani 2. Auguſti dũ Sacrificium Miſſę perageret, ſuperueniẽtibus militibus, intrepidus cæpta myſteria perficiẽs, in ſede ſua decollatus eſt. *Martyr. Rom. 2. Aug.*

Item brachio S. Nicolai Epiſcopi Myrẽlis, qui adhuc infans bis in ſeptimana ab vberibus maternis abſtinuit, redemit auro 3. Virgines iam iam à patre illarũ ſubleuãdæ inopiæ cauſa proſtituẽdas. Eſt inſuper in aquis periclitantium ſingularis Patronus, *Cuius tumba fert oleum, Matres olíua neſciunt, Quod natura non protulit, Marmor ſudando parturit.* Obijt 326. die 6. Decembris, & nunc in Appuliæ quieſcit oppido Barum vocato, eo, anno 1088. tranſlatus. *Vide Tom. 3. Baron. & Not. Mart. Rom.*

Item brachio S. Clementis Papæ & Marty-

Martyris, diſcipuli B. Petri Apoſtoli, qui in perſecutione Traiani in exilium relegatus Ponti inſulam, vbi alligata ad collũ eius anchora in mare præcipitatus, martyrio coronatus eſt: cuius corpus à Nicolao I. Pontifice Romam trãſlatum, in Eccleſia ſuo nomini ſacra reconditum eſt.

Martyr. Rom. 23. Nouemb.

Item digito S. Chriſtophori Martyris, nõ gigãteæ ſtaturæ, vti Symbolicis picturis, Chriſtianis antiquitus pingi ſolitis, exhibetur, ſed admodum proceræ ac elegantis fuit. Paſſus eſt † ſub Decio. Inque ſua paſſione 48000. hominum cõuertit, percuſſus inter cætera tormenta in faciem, dixit percutienti, repercuterem ſi Chriſtianus non eſſem. Dedicatio Templi, Dominica ante feſtum S. Michaelis fit celebris.

† 254. Vide Notat. Mar. Rom. 25. Iulij.

V. COLLEGIATA ECCLESIA S. ANDREÆ.

PRimitvs ſub patrocinio S. Matthæi Apoſtoli à S. Brunone eius nominis primo, Epiſcopo verò Colonienſi 25. fundata, ſacratis Deo Virginibus aſſignata, ſed paulò poſt ab eodem in Collegium Canonicorum, Matthæi patrocinio in S. Andreæ commutato, conuerſa fuit. Canonicos habet 20. Vicarios 16. Præpoſitum

ſtum & Decanum in Clero Prælatos.

Inter alias huius Eccleſiæ reliquias, S. Andreæ Apoſtoli brachium, tanquam Patroni, merito inter primas numeratur. S. Apoſtol⁹, iſte frater B. Petri Piſcatoris, in Achaia, Thracia & Scytia Euangeliũ prædicauit Chriſti, & ab Aegea proconſule apud Patras comprehẽſus, in carcere clauſus eſt, deinde grauiſſimè cæſus, ad vltimũ in cruce ſuſpenſus, in ea populum biduo docens ſuperuixit; & rogato Domino ne eum de cruce deponi ſineret, circumdatus magno ſplendore de cœlo, emiſit ſpiritũ.

Alterum quod habent eſt brachium S. Remigij Epiſcopi Rhemenſis & Confeſſoris. Hic gentem Francorum, Clodoueo ipſorum Rege ſacro fonte baptiſmatis, & fidei Sacramentis initiato, ad Chriſtum conuertit, & ſeptuaginta in Epiſcopatu explens annos, ſanctitate & miraculorum virtute conſpicuus de vita idibus Ianuarij deceſſit, cuius tamen feſtiuitas 1. Octobris translationis ſcilicet celebratur.

Præterea habentur 2. oſſa in hac Eccleſia de S. Simone & Iuda Apoſtolis.

Item os integrum de S. Matthæo Apoſtolo & Euangeliſta, qui in Aethiopia Chriſti fidem prædicans in Altari 21. Septembris ob eiuſdem confeſſionem occubuit, regnãs modò cum Chriſto in cœlo, *Caniſius hac die.*

qui Capharnaum ſedit in telonio.
Item portio notabilis de Cruce Domini.
Item duæ ſpinæ de Corona eius.
Item, multæ reliquiæ ex Societate S. Vrſulæ.
Et currit Dedicatio Templi ipſo Natiu: B. V. M. Feſto.

VI. COLLEGIATA ECCLESIA SS. APOSTOLORVM.

A duodecim Pauperibus infantib⁹ expoſititijs ſublatis, & ad ſtudia miſſis, primiſq; Canonicis ibidẽ creatis, pertenuem originẽ habere dicitur. Quæ deinde S. Hereberti 30. Epiſcopi Colon. (qui & primus Archiepiſcopus ac Elector Imperij fuit) & Peregrini ſucceſſoris ſui, accedentibus fabricis, Templi ædificijs, fundationibus, ac redditibus, ad 30. Canonicorum & 16. Vicariorum honeſtam ſuſtẽtationem accreuit, quorum Præpoſitus & Decanus Prælati in Clero ſunt. Ipſi verò fundatores S. ſc: Heribertus & Peregrinus, ſepulti ſunt; Ille in Baſilica Tuitiẽſi, quam ope & auxilio Ottonis eius nominis 3. Imp. in honorem B. V. M. erexit, ac ordinis S. Benedicti religioſis aſſignauit. Cui⁹ corpus, pretioſa tumba conſeruatum loci Abbas, anno 1585. ex lamentabili incendio Truckſeſiano eripuit, & ſecum Coloniam (vbi

Tombac. libr. 11. de Conſol. Theol. cap. 18.

(vbi in Sacello aulæ Tuitienſis, non procul à collegiata S. Georgij etiamnum, vſque ad reſtitutionē Abbatiæ, exulat) trāſtulit. S. hic Heribertus non minus poſt mortem quam in vita miraculis claruit: Nam à B. Præſulis tranſitu (qui anno Domini 1021 die 16. Martij, Epiſcopatus verò ſui 24. numeratur) intra paucorum dierum decurſus, viri pariter & mulieres fermè 45. diuerſis incōmodis ad glorioſum eius ſepulchrum liberati ſunt. *Sur. tom. 2. fol. 505. Baron. in Not. Martyr. hac die.*

Hic verò Peregrinus ſc. S. Hereberti ſucceſſor in ipſa SS. Apoſtolorū æde quieſcit. Vir fuit lucidus, ſed pius admodū & bonus. Hunc cum S. Henricus Imperator ante Epiſcopatum horas recitātem vidiſſet, eiuſq; deformitatem tacitè admiratus fuiſſet, illo eodem temporis puncto, verſiculum iſtum ex pſalm. *Scitote quoniam Dominus ipſe eſt Deus, ipſe fecit nos & non ipſi nos, &c.* altè tractis ſuſpirijs virū Dei per mentis exceſſum pronunciantem audiuit. Qui cum ſatis appoſitè ad cogitata Imperatoris, ita fortuito quadraret, per repræhenſionis modum, tactum ſe Auguſtus exiſtimans; Peregrinum, quem ceu ſecretorum conſcium pro viro S. habebat, hac ratione ad Epiſcopatum ſublimauit. *Pſal. 99.*

Reliquiæ huius Templi præcipuæ hæ ſunt.

Martyr. Rom. Caput S. Cyriaci Martyris Diaconi, qui poſt S. Marcelli Papæ longam carceris macerationem liquata pice perfuſus, & in cataſta extenſus, attractus etiam neruis, & fuſtibus cæſus, ad vltimum cum Largo & Smaragdo, & alijs 20. iubẽte Maximiano, Romæ 16. Martij capite truncatus eſt.

Capita SS. Fœlicis & Adaucti, quorum prior Sacerdos cum ſub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus poſt equulei vexationem, data ſententia duceretur ad decollandum, obuians ei quidam ſpontè *Baron. in Martyr. Rom. 30. die Aug.* ſe Chriſtianum profitens, cum eodẽ mox pariter decollatus fuit; Huius nomen ignorantes Chriſtiani, Adauctum eum appellarunt, eo quod S. Fœlici adauctus ſit ad Coronam.

Dens S. Bartholomæi Apoſtoli.

De SS. Gereone & Mauris notabiles particulæ.

De tabula in qua Chriſtus cum Apoſtolis in vltima Cœna recubuit.

De peplo B. V. Mariæ. Dedicatio templi Anniuerſaria ipſo feſto S. Matthæi celebratur.

Porro anno 1400. nobilis quædam matrona von Abocht/ vna ex 15. familjs Romanis ad Pſytacum vffm Neuermarckt/ quæ verè mortua putabatur, ante hoc templũ ſepulta fuit; In cuius digitis cum Veſpillo quoſ-

quoſdam annulos ab hæredibus relictos notaſſet, nocte inſequenti, animo deprædandi cadauer, ad tumulum eius ſeſe conferens, terram ſcalpere cœpit; Qui cũ iam loculo vicinus eſſet, illa quæ mortua fuit, ſeſe rediuiuam erigens, terrore prædoni incuſſo, exanimem penè reliquit, ac mariti domum ipſa repedans, oſtij fores pulſauit. Famuli verò illã ſpectri alicuius phantaſma exiſtimantes, minimè aperuerunt: Illa verò iteratis vicibus impetuoſius pulſum continuante, ac ſemetipſam eſſe manifeſtè atteſtante, ſingulis in ſtuporẽ verſis, admiſſa tandem, omnia quæ vidiſſet & circa eam contigiſſent, narrauit, ac denuò viro ſuo iuncta, cum adhuc 3. Proles ſucceſſu temporis enixa eſſet, vice altera moriens, iterum in priori loco, qui ad introitum templi in latere viſitur, ſepulta fuit.

Præterea non procul ab hoc templo in antiquo muro Marci Quilij ſiue Marſilij nobiliſſimi Romani Ciuis Coloniẽſis (qui tempore Holtzfahrt / quemadmodum ſuperius in deſcriptione vrbis dictum, Ciuitatem protexit) Sarcophagus erectus cernitur, cuius Epitaphium à quodam Attilio nomine in hęc verba appoſitũ eſt. Chron. Col fol. 31.

Marſilius qui meis olim chariſsimus Heros,
Clara dedi Patribus, bina Trophæa manu.
Finitimos audax conſperſo ſanguine cladis

Deuici tetra proditione ſimul.
Dicebar ſapiens merita cum laude, mihiq́;
Chara Magiſtratus Patria ſpontè dedit.
Germanicus quorumq; furor me authore quieuit,
Heu quantum Patriæ abſtulit illa dies.

Perſuaſum eſt olim miſeris Beanis, illic Ariſtotelem ſepultum eſſe, ita vt volentes nolenteſque ex depoſitione, ad placãdum Philoſophorum Principem cum lampadibus via publica iſtuc miſſi fuerint, atq; compulſi.

VII. COLLEGIATA ECCLESIA, IN GRADIBVS B. V. M.

SVb eiuſdem Sacratiſſimæ Virginis Patrocinio à S. Annone 33. Archiepiſcopo Colonienſi fundata eſt. Fuit hic ex Alemannorum parentibus, nobilitate animorum magis quam corporũ conſpicuis, virtute, eruditione, & fauore Henrici 3. Imperatoris ad Pontificatus culmen euectus, vbi prius per Auunculũ Bambergę Canonicum perſuaſus, vt poſthabita re militari (cui à parentibus deſtinatus erat) ibidem ipſis inuitis operam daret. Dictu mirum quantus Eccleſiaſticæ libertatis vindex, & propugnator exſtiterit; adeo vt Princeps & ſignifer Iuſtitiæ (pro quà infini-

infinita mala, quod & veri Euangelici Paſtoris proprium officiũ, perpeſſus eſt) Deo & hominibus charus fuerit. Migrauit ex hac vita ærumnoſa in melioré, Anno 1075. Sedis ſuæ 21. & ad votum ſuum Colonia in Sigbergenſem Abbatiam à ſe pro Monachis Benedictinis erectam trãſlatus eſt, vbi modo cum ligneo baculo Paſtorali requieſcit in pace. Summitas verò baculi, cælaturam, hic verſibus expreſſam habet.

Tityre coge pecus, cæcus ne ducito cæcos,
Moribus eſto grauis, rector fore diſce ſuauis,
Aſtu ſerpentis volucris tege ſimpla gementis.

Surius in vita ipſius 4. Decemb.

Canonici ſunt in hoc Collegio XX. & Vicarij 13. è quibus Præpoſitus & Decanus in Clero Prælati exiſtunt.

Erat hoc Collegium prima fundatione 30. Canonicatibus prouiſum, ſed mutabilis rerum omnium mutatio & temporũ malignitas, hũc numerum ob alimentorũ inopiam diminuit. Porrò cũ hæc Eccleſia Anno 1085. Poſt eius fundationé 20. Vulcani flãmis penitus exureretur, ab Archiepiſcopo Segevvino, Præſule Col. 35. reędificata fuit. Inſuper cum Carolus Magnus Collegiũ Canonicorũ Tremonij, vulgo Dortmunde/ D. Panthaleoni ſacrũ erexiſſet, frequẽtibus Hunnorũ excurſionibus poſt adeo expoſitũ, vt fractis diminutiſq;

poſſeſſionibus ſtationem ſuam priſtinam vlterius tueri non poſſet; S. Anno ſortem labeſcentis Collegij miſeratus, Coloniam Agrippinam ceu locum in tutiorem id trāſtulit, deque cætero D. Virgini in Gradibus deuouit; quemadmodum membranæ quædam antiquiſſimæ Colonienſes Annales, ex Archiuo Reipub. Tremonieñſis deromptæ conteſtantur: quæ aperto documento ſunt S. Annonem iniuria grauari, quem Indigenę citra cauſam tranſtuliſſe, ciuiumque filios eo præſidio poſterorum non leui cum iactura nudaſſe cauſabantur. Cæterùm tranſlatis ſimul & agrorum decimis (ne fraudem religioni recenter Tremonij introductæ, intuliſſe diceretur) quoſdam è Collegis, vitæ, morumque innocentia maximè præcellentes ibidem conſtituit, ædemque D. Panthaleoni dicatam, Corpore S. Reinoldi Colonienſis Martyris (ciuium deuotæ petitioni acquieſcens) tranſmiſſo, eiuſdem Patrocinio in poſterum inſigniuit.

Inter multas alias ſanè præclaras huius Eccleſiæ reliquias, primum locum tenet Corpus S. Agilolphi 14. Epiſcopi Colonienſis, in honorifica tumba aſſeruatur, qui Caroli Magni tempore cum S. Bonifacio in Germania multos ad Chriſti fidē conuertit, in quo tandem negotia, oppido Malmun-

Malmundario martyrizatus, ibidem ſepultus fuit, qui locus in ſignum Sanctitatis eius vſque modò viret. Tandem Anno 1089. à S. Annone leuatus, Coloniam in hanc Eccleſiam tranſlatus fuit, vbi feſtum eius quotannis 31. Martij, tranſlationis verò 9. Iulij peragitur.

Vide Molanū & Canisium iſtis diebus. Itē Sur. Tom 6. fol. 719.

Preterea oſtendũtur in hac Eccleſia adhuc aliæ infra ſcriptæ reliquiæ. Videlicet:
Particula Claui Domini.
Item portio haſtæ qua latus eius apertum.
Item duæ Spinæ de Corona Domini, quæ ante multos annos in corporali poſitę ſtillarunt ſanguinem.
Item pars S. Crucis, 3. in igne à S. Annone probata.
Item particula purpureæ veſtis Chriſti.
Item de lapide, ſuper quem Chriſtus in Cœlum aſcendens ſtetit.
Item de Cingulo B. M. Virginis.
Item magna pars Capitis S. Simeonis hoſpitis Chriſti, apud quem Maria Magdalena remiſſionem peccatorum à Domino meruit.
Item de capite & barba S. Ioannis Chriſti præcurſoris & Baptiſtæ, quo inter natos mulierum maior non ſurrexit.
Item de Capite S. Petri Apoſtoli.
Item duo eiuſdem Apoſtoli digiti.
Item eiuſdem mandibula.

Item digitus S.Pauli Apoſtoli.

Item dens eius. Hi duo magni Apoſtoli eodem anno eodemq; die 28. Iulij Romæ ſub Nerone Imperatore paſſi ſunt, quorum primus in eadem vrbe capite ad terram verſo cruci affixus, alter vero gladio animaduerſus, totius orbis veneratione celebrantur.

Mart. Rom. hac die.

Item Scapula S. Andreæ.

Item pars coſtæ S. Thomæ.

Item digitus S.Philippi.

Item dens S.Timothei.

Item caput S. Agritij Epiſcopi Treuirēſis. Hic dum eſſet Patriarcha Antiochenus, per B. Helenam ob roborationem fidei Catholicæ ad eandem vrbem tranſmiſſus eſt, ac demum ibidē in pace quieuit Confeſſor glorioſus.

Molanus 13. ian.

Item caput S.Mauri abbatis.

Item caput S.Aegidij Abbatis & Conf. Athenienſis Patria ex regia ſtirpe oriundi, tribus annis in Prouincia Narbonenſi ſolitarij, atq; à cerua lactati, qui tandē 1. die Sept. carne ſolutus, cum canticis Angelicis aſſumptus eſt in cœlum.

Caniſius hac die.

Item pars capitis S. Vincent. Diaconi Martyris.

Item mandibula S.Blaſij Epiſcopi Martyris Sebaſtæ.

Item digitus S.Martini Epiſcopi Conf.

Item

Item caput S.Margaretæ Virg. & Martyris.
Item dens B. Mariæ Magdalenæ.
Item caput S.Babillæ ex Societate 11000. Virginum.
Item mādibula S.Teclæ Virginis & Martyris.
Item digitus S. Agnetis V.& M.
Item de ſepulchro S.Catharinæ V.& M.
Item vera S.Annonis Imago.

Porrò in hac Eccleſia ante chorum in eleuato Mauſolêo ſepulta iacet D. Rixxa Regina Hūgarię, S.Annonis Epiſcopi Colonienſis neptis, Matrona Deo & hominibus dilecta, cuius non canonizatæ corpus patet in magnis feſtis; ita Molanus in Martyrol.20.die Martij.

Inſuper Eccleſiæ huius communis eſt bibliotheca, manuſcriptis ſacris codicibus florida, quibus viri docti, exquiſitorum operum Authores, magno ſuo commodo frequenter ſunt vſi, pro vt Surius in conſcribendis vitis Sanctorum, &c.

Anno 1374.die 9.Februarij, tanta inundatio Rheni fuit, vt mœniorum ſummitatem altitudine ſuperans; gradibus huius templi æquaretur. Hinc Chronicon Colonienſe hos verſus cecinit.

Et poſt prædicta deſtructio magna notanda,
Nam ſunt vndena februi ſua perdita ſrana,

Merſa

Merſa ſunt villa, nocuit Templis nimis ille,
Hunc gradibus quinis Margreden ipſe notabis,
Sub lauacro Christi quos ſcandens Rhene fuiſti.

Dedicatio Eccleſiæ huius Dominica ante feſtum S. Michaelis occurrit.

OCTAVA COLLEGIATA ECCLESIA S. GEORGII.

BAſilica hæc ſicut & præcedens à S. Annone pro 20. Canonicis & Vicarijs 8. fundata eſt, cuius Præpoſitura Anno 1600. authoritate Summi Pontificis, Capitulo eſt applicata, deinceps non iterum ſuſcitanda, eo fine, vt tenuiores prouentus Dominorum Canonicorum pingueſcant. Alias Decanus in Clero Prælati titulum gerit.

Reliquiæ huius Eccleſiæ ſunt.

Brachium S. Annonis Fundatoris.

Brachium S. Georgij à S. Annone Coloniam delatum.

Gladius S. Georgij quem geſtauit, quo & Draconem interfeciſſe confingitur. Fabuloſum enim eſſe, quod eques armatus S. Georgius Virginem à dracone liberarit, docet Baronius in Annotationibus ſuis hac die; vbi dicit, Symboli potius quam hiſtoriæ imaginem hactenus pingi ſolitã. In nullis enim (ait) quæ recenſuimus S.

Nat. Martyr. Baron. fol. 179.

Geor-

Georgij actis antiquis, quicquam eiuſmodi legitur: ſed à Iacobo de Voragine abſque aliqua maiorum authoritate, ad hiſtoriam referuntur; quæ potius in virgine illa typum exprimunt (more maiorum) prouinciæ, vel ciuitatis alicuius, quæ aduerſus Diaboli vires, tanti Martyris implorat auxilium. Symbolicas eiuſmodi picturas pingi à Chriſtianis olim conſueuiſſe, ſatis docet Euſebius in vita Conſtātini Imp. lib. 3. cap. 3. Non imus inficias, S. Georgium, vt equeſtris militiæ militem, equeſtri imagine referri cõſueuiſſe: Nam de equo picto S. Georgium geſtante, hinnitumque edente mira à Nicephoro Gregora. lib. 8. pagina 31. & 32. ſcripta ſunt, quo & lectorem remittimus. Hactenus Baronius. Natalis verò S. & Glorioſi, magniq; Martyris vexilliferi & miraculorum operatoris Georgij ex Cappadocia oriundi in Perſide, ciuitate Diſpoli, 23. Aprilis occurrit, per totum orbem celebris. Templi Dedicatio quotannis in Feſto Simonis & Iudæ celebratur.

NONA COLLEGIATA ECCLESIA AD S. VRSVLAM ET 11000. Sodales.

SAcra hæc Aedes, primitus ab Agrippinatibus poſt ſtragem Vrſulanam ſub

earun-

earundem Virginum Patrocinio erecta, dehinc à Clenatio viro religioſo, diuinitus ex Orientis partibus accito completa eſt, ac tãdem anno 922. ab Hermanno eius nominis 1. alias 23. Epiſcop. Colonien. per tranſlationem Monaſterij Geriſʒheim pro Canonicis 5. & 6. Canoniſſis Illuſtribus (quæ ad minimum Comitiſſæ eſſe debebant) fundata eſt atque dotata. Cum enim dictis Virginibus in Geriſʒheim Hunnorum rabies nocumẽta ſubinde inferret, tandem exuſto penitus ab hoſtibus monaſterio, migrantes vnà cum Corpore S. Hyppoliti martyris, præfatam tranſlationem ab Epiſcopo impetrarunt, ac Canoniſſis iſtis, vnà cum reliquijs ſecũ aſportatis, aſſociatæ ſunt.

Vide hiſt. S. Vrſulæ tom. 4. Lippeloo.

Aedes iſthæc circumquaque in Parietibus viuis ex lapidibus veſtita cernitur, in cuius extremitate Sãctuarium (quod Auream Camoram vocant) virtute meritorum ita nitet, vt nĩl vſquam gentium iucũdius viſum ſit. Nam omnis inibi Deo ſacra incluſa ſocietas plena modulis in laude copulatur Domino. Ad quam omnis introducitur, qui ob Chriſti nomẽ hic in mundo premitur.

De qua ſacratiſſima ſocietate, quia tot penè ſenſus circumferuntur, quot capita ſunt hominum, & vnuſquiſque in ſuo

ſenſu

ſenſu abundat, ne ſingulis aliter atque aliter eam controuertentibus, hac ratione, Colonienſibus teſtibus præordinatis ac poſteris eorum, vllo vnquam tempore in præiudicium eripiatur, abs re non erit, eiuſcemodi innodationi diſſoluendæ nō nihil immorari; Qua in re ne tantillus ego omnium nouiſſimus iniquioribus Argis ſplenum moueam, ipſam D. Vrſulam in teſtem inuoco, quod non niſi, ad tollendum ſcandalum, per tot hactenus diſceptationes, infirmioribꝰ datū, ipſam deprauatam veritatem (quam demerſam vel paruo puero motore, nōnunquam enatare contingit) poſtliminio reſtituere poſſibili conatu affectu ſinceriſſimo intéderim. Dico liberè, miſeret me Exercitatiſſimæ huius S. Sodalitatis, condoleo venerandæ Colonienſium Antiquitati, ac demum ob litem hucuſq; Virginibus Vrſulanis motā nō modicum triſtor, maximè quod ex genuinis Cubilibus ſuis paſſionis & requietionis proprio loco (quem ipſa veritas extorquet) importunè exſuſcitatę, in longinquis mundi partibus quaſi verò Colonienſibus, hæredibus natiuis, ex aſſe ereptæ, collocantur. Quilibet quidem quod vult, vt hac in parte ſibi perſuadeat, per Colonienſes licet, dummodo ipſi effuſi ſanguinis fideliſſimi
teſtes,

teſtes, legitimi poſſeſſores permaneant. Qui quin ſemper fuerint, tot infallibilia argumenta, tot acuratiſſima indicia tota vrbe diffuſa, meridiana luce clarius teſtatum relinquunt; ita vt ne rogati quidem, quicunque illi ſunt, aut erunt, meritò deinceps cauere deberent, grauiſſimam hanc Vrſulanæ paſſionis hiſtoriam, extra terminos Colonienſes trahendo, ventilare. Et cum Reuerendus atque eximius Dominus Hermannus Fleien, S. Cuniberti Decanus, ad præcidendas vlteriores iſtas altercationes, non minus ſolidè fundatam, quam eruditam Apologiam, conſcripſerit, nos illam ſequentes, ſingula in controuerſiam acta & refutata audiamus, & roboremus peramplius, ac quæ de S. Vrſulæ in Vrbem aduentu, indeq; iterato æquore Coloniæ, iterum appulſa ipſe non appoſuit, Colonienſium piæ traditioni hac in parte ſubſcribentes, eam ipſam cõſolidare conemur. Ipſam verò SS. Virginum Hiſtoriam Fleianam prælibantes nunc exordiamur.

(∴)

MARTY-

MARTYRIVM SS. VRSVLAE ET SOCIARVM VIRGINVM A D. Hermano Fleien conſcriptum. Paſſæ ſunt 451. Octobr. 21.

CVm inclinare Reſpublica Romana, labi & propè cadere inciperet, non modò Principibus ipſis Tyrannidem occupantibus, verùm etiam & Barbaris vndique in Imperium irrumpētibus, & multis pijs ac Chriſtianis populis de ceruicibus ſuis iugum ſeruile deijcientibus; Britanni quoque à Pictis & Scotis, continuis diuexabantur ærumnis. Et quamquam fortiter ac ſtrenuè à Romanis, prouincia, copijs hoſtium aliquoties proſtratis & profligatis defendebatur; tamen quia in dies Romanæ res magis attenuebātur, imminuebanturque, & legio quæ à Romanis miſſa, Britannis ſubſidio venerat, Ducem ſuum cum multis nobilibus Britannis (inter quos Conanus erat honeſto loco apud ſuos natus) ſecuta, in Armoricam Galliæ regionem traiecerat, ibique nouum Britanniæ Gallicæ regnum firmare cœperat; coacti ſunt Britones omni ope & auxilio deſtituti, Anglos populum Saxonicum & Barbarum contra Pictos & Scotos conducere: Quæ cum fiunt, aut certè haud multò ante, ex Britannia Gallica Conanus, qui *Hæc acta eſſe, anno 449. teſtatur Beda l. 1. Eccl. Hiſtor. c. 15.* iſti

iſti regno à Duce legionis præfectus erat, miſſis legatis in maiorem Britániam, vxorem ſociam Regni petebat Vrſulam, filiam Dionethi regis, & alij milites alias virgines. Putabatur enim regnum firmum & diuturnum non fore, niſi ex gente ſua vxores ſibi adiungerent. Dionethus apud Britones cum adhuc viueret, vir magni nominis & authoritatis erat, & à prima ætate Chriſtiana fide, vti & cæteri Britones imbutus. Vrſula filia præterquam quod & ipſa Chriſto ſeruatori noſtro nomen dediſſet, adeo erat pudicitiæ & virginitati dedita, vt ad nuptias iſtas quanquam regias, inuita tamen pertraheretur. Gens verò Anglorum ad defenſionem vt dictum eſt vocata, Inſulæ fertilitate illecta, cum niſi biennio pro Britannis cótra Pictos & Scotos bella geſſiſſet, inito ad tempus cum illis fœdere in ſocios Britannos arma immani audacia & ferocitate vertit, prætendens ſibi decreta ſtipendia non perſolui. Ruebant, ſcribit Beda, ædificia publica ſimul & priuata, paſſim ſacerdotes inter altaria trucidabátur; præſules cum populis ſine vllo reſpectu honoris, ferro pariter & flammis abſumebantur: nec erat qui crudeliter interemptos ſepulturæ traderet. Tanta ergo clade preſſi Britones, dum nouæ ſpóſæ

Beda lib. 1 Eccleſ. Hiſt. c. 5. hæc anno 451. contigiſſe cōmin. it.

abitum

abitum parant, magna hominum multitudo tam Eccleſiaſticorum quam Laicorum impendentes maiores calamitates declinaturi, ſeſe illis adiungũt itineris comites. Ingreſſi mare in Armoricã tendentes, mox ſæua tempeſtate orta, claſſis tota diſſipatur & diſijcitur, atq; alijs naufragiũ facientibus, S. Vrſula cum vndecim millibus martyrij coronæ ſeruata, poſt longos errores & pericula, tandẽ Coloniã Agrippinam appulit; quam ciuitatẽ tunc Hunni, gẽs & Barbara & libidinoſa, & Chriſtiano nomini inimica, vel obſidione adhuc cingebãt, vel quod veriſimilius eſt iam occupauerant. Hunni eximia pulchritudine & venuſtate fœminas contẽplati, in venerem proni, eos ad carnis cõmercium flagitare cœperunt; Cæterùm cũ S. Vrſula, non minus virtutum ac virginitatis nitore, quam genere Illuſtris, totam ſocietatẽ pijs Chriſtianiſque monitis, vt potius pro Chriſti fide, ac pudicitia vitam amittere, quam Barbarorum voluntati & libidini parere optarent, magna conſtantia cohortata fuiſſet, mox Hunni, quia diu manere non licebat, immani furore perciti, Barbarica crudelitate, vniuerſam multitudinem contrucidarũt. Agrippinates verò, cum iã hoſtis aliò ſe recepiſſet, ciuitatẽ egreſſi, ſacra corpora in locis vbi occubuerãt piè, vt

f 2 dece-

decebat, ſepelierunt, ac honore Sanctis Martyribus debito celebrauerunt, & proſecuti ſunt, nec nō vbiquam plurima corpora recondita fuerunt, Baſilicas non diu poſt erexerunt ædificaruntque; quarum illam, quæ SS. Virginum eſt in tanta veneratione ſemper habuerūt, vt nullius mortui corpus ibidem vnquam ſepelierint. In qua etiam anno à nato Chriſto ſeruatore 922. Hermannus eius nominis primus Archiepiſcopus Colonienſis Collegium Sacrarum Virginum & Canonicorum fundauit & dotauit, atque eius ſucceſſores nō contemnendis bonis, ad honorem Dei omnipotentis, Sanctarumque Virginum cultum debitum pio zelo auxerunt & amplificarunt.

Atque hæc Epitome, quam præfatus Author ex grauiſſimis ſcriptoribus de veritate Vrſulanæ Hiſtoriæ optima fide cōgeſſit. Ex qua liquido ſatis conſtat, multa hactenus pro Authenticis habita, modo ad lydium euaneſcere; quod ſanè accidit vt omnes ij, qui reuelationes duntaxat ſecuti, grauiſſimam Hiſtoriam, penè ex integro commentatitiam reddiderint, quēadmodum Baronius, & ante illum plerique alij ſentiunt. Multa namque inter ſe pugnantia in reuelationibus iſtis proferuntur: Exempli cauſa; Eliſabetha ſtatim in prin-

Vide in Annot. Martyr. Rom.

In principio ſuarum reuelationum narrat, Virgines iſtas ſine honore ſub pedibus hominum & iumentorum ad annum vſque 1156.iacuiſſe,quod vtique à vero alienum eſt: Nam in S. Vrſulæ Antiquiſſima Baſilica, mox poſt funeratas virgines erecta,S.Cunibertus 6. poſt S.Maternum Epiſcopus,qui 653.floruit,ſacrum fecit. Item patrem S. Vrſulæ Maurum nominatum ait, qui ſecundum omnes quos vidi ſcriptores,Dionethus dictus fuit. Item B. Vrſulæ ſponſum vocat Aetherium, quem Hector Boetius Conanum appellat. Item Maximino (quem illa Maximum nominat) & Africano Conſulibus, Virgines martyrio affectas affirmat primũ, & mox ſui oblita tempore Aquilini,Epiſcopi Colonienſis poſt S.Maternum 4.accidiſſe aſſeuerat; Atq; hæc & his ſimilia plura, quæ breuitatis cauſa ponere non libet, in medium affert,fœmina illa alioquin ſanctiſſima. Sed neminem mouere debet, quod reuelationes iſtæ,hucuſq; apud plurimos, tantæ fuerint authoritatis, vt vulgo nunc vſitatum,Eccleſiam SS. Virginum, nullo alio titulo, quàm reuelationum inſignitã fuiſſe,maximè,quia dictæ Eliſabethę Abbatiſſæ Schonaugienſis ceu Canonizatæ Virginis reuelationes fidem merito conciliare deberent. Verùm quomodo hunc

Sur. tom. 6. in vita S. Cuniberti.

Lib 7. Hiſtor. Scotiæ.

nodum Fleien noſter expediat audiamus.

Quod multi (inquit) probant, nec tamen ab vniuerſis recipitur, imo à multis doctis refellitur, magni momenti eſſe non poteſt. Vulgus enim locum Germanicæ appellat Sunteruillien. Quæ vox cum nôn immerito videri poſſit, duriter à Sanctarum reuelatione deducta, ſunt quibus magis placet, vt à Gauillijs quibuſdam, vulgo locus, hoc nomen acceperit; Cuius quidem hæc eſt ratio: In templi SS. Virginum muro auſtrali ante paucos adhuc annos, attritus lapis muro inædificatus conſpiciebatur (qui nunc inde exemptus ab Illuſtri Domino Hermanno Comite à Manderſcheit in Blanckheim aſſeruatur) in quo tres ſunt inciſæ facies, quarum nomina ad modum ſequentem proferuntur.

GAVILLIVS· G F EPAPHRA
GAVILIVS· EPAPHRAEI
SECVNDVS.
VI· IASAVILLIA· G· I
AMENIO. FE
ET SVIS.

Ex quo lapide dictus D. Fleien côijcit, ante Virginum cædem familiam in lapide nominatam, eo in loco ſepulturam ſuam habuiſſe, atq; inde locum nominatũ, ſiue

Gauil-

Gauillianum, ſiue Auillianum. Cum autē poſtea SS. Virgines eodē in loco pro Chriſto fuiſſent trucidatæ, antiquum nomen nullo modo fuiſſe abolitum, ſed tunc nominari cœptum ad S. Auillianas, eo quod in loco Auilliano eſſent cōditæ; vnde cōmodiori deriuatione vulgus dixerit Sinnteruilen/pro vt ſimilibus in vbiorum Colonia contigit, Exempli cauſa, dum pro Marengarten/Margarden/ & Mariæ gradus, Margareiben &c. imperiti pronunciant. Nec deſunt qui locum hunc primitus zu den viel Heiligen (quod & ipſe verius puto) nominatum arbitrantur.

Porrò (pergit D. Fleien) *Sanctitati Eliſabethæ propterea non detrahitur, ſi fides eiuſdem reuelationibus, in omnibus non adhibetur, ex quo non ſemper quaſi Sancti in ſpiritu, vt prophetæ, ſed iuxta ſuas mente conceptas imaginationes viderunt, quemadmodum D. Gregorius exemplo Nathan Prophetæ docet*. Ex quibus non quod diuerſas reuelationes diuerſis ſanctis hominibus reuera factas improbet, D. Fleien ſatagit, ſed vt illas tantum, quæ inter ſe pugnantes, veritatem Hiſtoriç euertūt, reijciat. *Hom. 1. in Exec.*

Nos nunc ſingula, in gratiam Coloniēſium, penſiculatius diſcutiamus.

Primo, Chronicon Colonienſe fol. 63. ex Eliſabetha, & libello quodam alio ante

f 4 aliquot

aliquot annos incerti Authoris Coloniæ impreſſo, Cyriacum quẽdam Papam Romanum inter Põtianum & Anterum, Anno 238. cum hiſce Virginibus paſſum fuiſſe aſſerit, & alios omnes qui leui quodam accidentali vulgi rumore, conceptam hãc opinionẽ ſunt ſecuti, in errorem pertrahit; cum inter Pontianum & Anterum in ſerie Romanorum Põtificum nullum intermedium fuiſſe Baronius ita annihilat, vt ne digna quidem ſit, quæ pluribus confutetur ſententia, quippe quæ nullo penitus antiquorum teſtimonio fulciatur. Nec obſtat, quod quidam Cyriaci nomen ideo de Catalogo deletum obijciunt, quod inuitis Cardinalib9, abdicato Papatu, Virgines comitatus, vnà cum illis paſſus ſit, cũ ob Martyrij gloriam, multò magis à Damaſo Papa (qui ad inſtãtiam D. Heronymi, vltra tranſmarinas partes degentis, ſeriem pontificum colligebat) haud dubiè inſertus fuiſſet. Hucuſque Fleien.

Tom 2. Annal. ad annũ 237.

Et certè omninò contradictionem Chronicon illud implicat, & omnes quos in errorem perduxit ſequaces; dũ aſtruit Cyriacum Pontiani ſucceſſorem, cũ Virginibus ab Hunnis paſſum, ex quo Pontiani tempore annus Chriſti 238. Hunnorum verò, quando Gallias, aliaſque prouincias Occidentales inuaſerunt 451. numera-

merabatur, quemadmodum ex Baronij 6. Tomo Annalium claret. Interim quod ad hanc temporis diſtantiam ac varietatem, errorem que perſonæ Romani Pontificis, nominis quoque ſponſi diſſonantiam attinet, eam inde exortam arbitror, quod à Barbaris Bibliothecæ & Vetuſtatis monimenta, è quibus veritas eruenda, eo tempore ſint exuſtæ, ita vt tot narratoribus tot opinionum diuerſitas enata, & grauiſſima Hiſtoria huiuſmodi obſcuritatibus ſit implicata. Neque circumſtantia diuerſorum temporum tanti momenti eſt, vt propterea per conſequens Hiſtoriæ veritatẽ euertat, ita vt vbi illa variet, vel quaſi ſtatim infringi ac labefactari totam Hiſtoriam ſit neceſſe, cum hac ratione, vix vllis hiſtorijs, quæ à varijs variè recitantur, fides tribuenda eſſet. Deſcendere ad ſpecies, cum res manifeſta in promptu ſit, non exiſtimo neceſſarium. Ego etſi plurimum laboris & temporis, quatenus præfatum Cyriacum, authoritate aliqua graui, ex Romanorum Pontificum ſerie deſcendiſſe pro certo cognoſcere poſſem, inſumpſerim; attamẽ in diuerſis Bibliothecis etſi florentiſſimis quærendo me defatigans, ne vnum codicem, qui id affirmaret reperiri potui. Illud verò in Baronio inueni, Coloniam Agrippinam duos Ma-

aliquot annos incerti Authoris Coloniæ impreſſo, Cyriacum quędam Papam Romanum inter Põtianum & Anterum, Anno 238. cum hiſce Virginibus paſſum fuiſſe aſſerit, & alios omnes qui leui quodam accidentali vulgi rumore, conceptam hãc opinionẽ ſunt ſecuti, in errorem pertrahit; cum inter Pontianum & Anterum in ſerie Romanorum Põtificum nullum intermedium fuiſſe Baronius ita annihilat, vt ne digna quidem ſit, quæ pluribus confutetur ſententia, quippe quæ nullo penitus antiquorum teſtimonio fulciatur. Nec obſtat, quod quidam Cyriaci nomen ideo de Catalogo deletum obijciunt, quod inuitis Cardinalib⁹, abdicato Papatu, Virgines comitatus, vnà cum illis paſſus ſit, cũ ob Martyrij gloriam, multò magis à Damaſo Papa (qui ad inſtãtiam D. Heronymi, vltra tranſmarinas partes degentis, ſeriem pontificum colligebat) haud dubiè inſertus fuiſſet. Hucuſque Fleien.

Tom 2. Annal. ad annũ 237.

Et certè omninò contradictionem Chronicon illud implicat, & omnes quos in errorem perduxit ſequaces; dũ aſtruit Cyriacum Pontiani ſucceſſorem, cũ Virginibus ab Hunnis paſſum, ex quo Pontiani tempore annus Chriſti 238. Hunnorum verò, quando Gallias, aliaſque prouincias Occidentales inuaſerunt 451. numera-

merabatur, quemadmodum ex Baronij 6. Tomo Annalium claret. Interim quod ad hanc temporis diſtantiam ac varietatem, erroremque perſonæ Romani Pontificis, nominis quoque ſponſi diſſonantiam attinet, eam inde exortam arbitror, quod à Barbaris Bibliothecæ & Vetuſtatis monimenta, è quibus veritas eruenda, eo tempore ſint exuſtæ, ita vt tot narratoribus tot opinionum diuerſitas enata, & grauiſſima Hiſtoria huiuſmodi obſcuritatibus ſit implicata. Neque circumſtantia diuerſorum temporum tanti momenti eſt, vt propterea per conſequens Hiſtoriæ veritatē euertat, ita vt vbi illa variet, vel quaſi ſtatim infringi ac labefactari totam Hiſtoriam ſit neceſſe, cum hac ratione, vix vllis hiſtorijs, quæ à varijs variè recitantur, fides tribuenda eſſet. Deſcendere ad ſpecies, cum res manifeſta in promptu ſit, non exiſtimo neceſſarium. Ego etſi plurimum laboris & temporis, quatenus præfatum Cyriacum, authoritate aliqua graui, ex Romanorum Pontificum ſerie deſcendiſſe pro certo cognoſcere poſſem, inſumpſerim: attamē in diuerſis Bibliothecis etſi florentiſſimis quærendo me defatigans, ne vnum codicem, qui id affirmaret reperiri potui. Illud verò in Baronio inueni, Coloniam Agrippinam duos Ma-

Martyr. Rom in Not. 14. Sept.

ternos habuiſſe Epiſcopos, ſcilicet D. Petri diſcipulum, & illum qui claruit temporibus Conſtantini Imperatoris, cuius idem Imperator in literis ad Melchiadem Papam meminit, nec tamen in tabulis Colonienſium Epiſcoporum reperiri, ita vt ſi à ſimili contingenti coniectura augurari liceat, non adeò abſona quæſtio inſtitui poſſet ac dici, quid ſi æquè bene quacunque ex cauſa ſæpedictus Cyriacus omiſſus in Vaticano, inſertus ſit Vrſulano vice verſa? Sed ex dubijs & incertis nil ſolidi ſtatuo; Verùm hoc pro Colonienſium conſolatione tantum dico, fieri potuiſſe, quod inter Præſules (qui multi in comitatu S. Vrſulæ fuerunt) quidam Cyriacus nomine, cæteris honorabilior extiterit, ideoque Pontificis titulum ſit adeptus, quemadmodum ex varijs hiſtorijs, ſpectabiliores olim Dei ſacerdotes, Papas nuncupatos fuiſſe, probari poteſt. Hinc Cyriacum Dei ſacerdotem aliquem in comitatu SS. Virginum Pontificem nuncupatum, ſimpliciores poſt fortè pro Romano crediderint, ita vt ſi res bene ponderetur, non tantus error circa reliquias iſtius Cyriaci Papæ non Romani occurrat.

De nomine ſponſi S. Vrſulæ liberum manet omnibus retinere vel Ethereum,

vel

vel Conanum aſſumere, dummodo ex controuerſo nominis Etymo S. Vrſulæ ſponſus militię Imperatoris Maximiniani nobiliſſimus præfectus non diſpareat.

Quod autem eatenus, quatenus probatum fuit, erepto Colonienſibus Cyriaco Romano Pontifice, nouum bellũ de Martyrij fundo indicitur, id bilem ipſis non immerito mouere poteſt, cum ex aſſe per traduces natiui teſtes, vim nihilominus patientes exiſtant.

Inique igitur patientibus, & ipſe cõpatiens, primo VVandelberti grauiſſimi ſcriptoris verſibus (Virgines has non alibi, quam Coloniæ Agrippinæ paſſas conuincentibus) bono eos animo eſſe iubeo, & quos in Martyrologio ſuo circa annum 640. poſteritati ſcriptos reliquit, ſubiungo.

Tunc numeroſa ſimul Rheni per littora fulgent,
Chriſto Virgineis erecta trophæa maniplis,
Agrippina vrbi, quarum furor impius olim
Millia mactauit, ductricibus inclyta ſanctis.

Deinde ex D. Fleien, vti hac de re totius populi Colonienſis vnanimis traditio (quæ à paſſionis tempore legitima ſucceſſione ad eum dimanauit, & quam tot Archipræſules Colonienſes ſuis teſtificationibus certam fecerunt, quæ omnia vim magnam habere debent)

debent) nunquam dubitarit; ita nec deinceps, dubitare, ſed & audactius ſeſe tueri velint, adhortor, quo luce meridiana clarior eſt veritas, quam impugnari ſentiunt. Quod enim ad vnum omnes à tempore paſſionis earum, loci vbi paſſæ ſint, incolę profitentur, præſertim præſules, quin hoc ita ſit (ait D. Fleien) nemo ſanæ mẽtis credo negauerit. Sed &, etiamnum Altare in Baſilica S. Vrſulæ ſupereſt, in quo S. Cuniberto celebranti per Columbam ipſius capiti inſidentem, ſepulchrum B. Vrſulæ reuelatum fuit, quem pluribus interpolatis annis ſecutus Hermannus eius nominis primus Epiſcopus Colonienſis 23. in fundatione huius Baſilicæ renouata, non aliũ certaminis locum, quam agrum Coloniẽſem agnoſcit, quemadmodum in literis deſuper erectis, apud poſſeſſores Baſilicæ videre eſt. Porrò nec hoc prætermittendum, totum tractum illum (qui ſe ad Machabæitas & Ioannitas vſque extendit) in quo Virgines cæſæ & funeratæ, non niſi Vrſulanum agrum apud veteres, ac etiamnum vulgariter die Blutgaß vocari ſolitum, ſicuti in Diplomate Philippi von Hinsberg 43. Archiepiſcopi Colonienſis anno 1178. manifeſtum euadit. Præterea inde quoque conſtat, Virgines non niſi Coloniæ paſſas, quod omnes reliquiæ ex hac

Surius Tom. 6. fol. 275.

i. platea ſanguinis.

hac ſocietate quocunque locorum in vniuerſo orbe Chriſtiano tranſlatæ ſunt, non aliundè quam ex Agro & locis ſacris Coloniẽſibus petitas cognoſcimus, prout de S. Odilia, vna de ſocietate, virgine legitur: Dixit namque in viſione Ioanni de Eppa, conuerſo Pariſijs in Conuentu S. Crucis: Surge Frater, Coloniæ iuxta S. Gereonis Eccleſiam, in Viridario Arnulphi, inuenies oſſa mea ſub piro in marmoreo ſarcophago, quæ in Primarium S. Crucis Cœnobium iuxta oppidum Huyenſe volo transferri. Conuerſus à priore Coloniã miſſus, cum theſaurum cœleſtem inueniſſet, Sifredo Archiepiſcopo nunciauit, qui corpus Odiliæ eleuauit, & in Capſam ligneam renerenter repoſuit. Deinde prædictus Conuerſus capſam cum literis geſtorum, clam à Colonia digrediens Huyum tranſtulit, ad Eccleſiam Fratrum S. Crucis. In ipſa autem tranſlatione, & in loco ſuæ tranſlationis, crebris miraculis corruſcauit. Dies tranſlationis celebratur 18. Iulij. Hæc de Odilia Molanus.

Molanus in Indi. culo Sanct. Belgij.

Accipit etiam vel abinde robur, Virgines Vrſulanas non niſi Coloniæ paſſas, quod anno CIↃCXXIII. Seruus Dei Nortbertus primus Præmonſtratenſium Fundator ad quærendas Sanctorum reliquias Coloniam venerit, indictoque ſuis ieiunio &

nio & orationibus inſtantibus, vnà de numero 11000. Virginum ei apparens, nomen & locum vbi iaceret, inſinuarit, quæ in craſtino ſolemniter leuata cum alijs Sanctorum reliquijs ad Monaſterium Præmonſtratenſe eſt tranſlata. Ex quibus colligitur non Colonienſes ad exteras mundi partes, ſed potius exteros vice verſa multos, Coloniam pro colligendis reliquijs, fuiſſe tractos, quemadmodum præter dictum Nortbertum, virum ſanctum & multis miraculis clarum, etiam ex diſſitis longiſſimè orbis terminis, anno cIↃcv. Mieſco Magnus Poloniæ Dux idolorum profligator, & Chriſtianæ religionis propagator ſtrenuus, magno affectu, viſitandarum reliquiarum cauſa, Coloniam, vbi regaliter acceptus eſt, profectus fuit. Accedit his inter Abbatiſſam huius Baſilicæ, & Ioannitas, ſuper poſſeſſione corporis S. Cordulæ, pariformis miraculoſa dirempta lis, quemadmodum ſub titulo Eccleſiæ Ioannitarum fusè eſt annotata.

Tritht. in Chron. Hirſaugienſ.

Matth. de Mechouia lib. 13. Chron. Polon. cap. 17.

Nunc hoc tantum dico (pergit D. Fleien) ſi non Coloniæ, ſed in loco alio paſſæ eſſent, etiam inde inuenirentur reliquiæ aliquando tranſlatæ, & de tali loco alibi conſtaret. Non eſt enim

veri-

veriſimile, Agrum Colonienſem, quo tantum Virginum corpora fuiſſent deportata, tanto Martyrio fuiſſe nobilitatum, & non locum ipſum paſſionis. Cum ergo de nullo alio conſtet, quam agro Colonienſi, & adſurdum merito habeatur, per 26. aut plura etiam milliaria ex Rheni oſtijs Coloniam vſque tantam multitudinem transferri potuiſſe, profectò confiteri cogimur, nullum alium paſſionis locum conſtitui potuiſſe quam qui hactenus fuit celebratus, nempe Agrum Colonienſem.

Idem deducitur ex Calendario antiquiſſimi M. S. Miſſalis Anglicani, quod 900. annos ſuperat, & 13. Calendar. Nouembris Feſt. S. Virgin. in Colonia, collocat, cui M. S. collectanei codex vetuſtus, & à vermibus penè pergameno exeſus conſonat. Idem & demonſtrari poteſt ex Itinere, quod Sancta illa Societas confecit. Nam certo certius ex Italia Eichſeliam Comitatus Reinfeldici pagum primum veniſſe, & ibidem ex eis tres defunctas, Cunigundam ſcilicet, VVibrandem ac Mechtildem; Inde poſt Baſileam, & ibi vnam, nempe Chriſtianam. Hinc quoque Argentinam, & iſtic ſimiliter vnam, videlicet Aure-

Chriſtianus Vrſtiſius cap. 6. Aureliam occubuiſſe compertum habetur ex Epitome hiſtoriæ Baſilienſis, qui locus cum B. Rhenano li. 3. rerum Germanicarum conſentiens, inter cætera etiam in antiquiſſimo Vrbis Baſilææ vico, domum & in ea ſtatuam S. Vrſulæ præſeferentem adhuc commonſtrari affirmat.

Quæ omnia certè non ſinunt nos de profectione Virginum ex Italia Coloniã vſq; ambigere, quemadmodum quod nec vltra venerint, teſtimonio S. Cuneræ de numero Vrſulanarum trucidatarum Virginum ſuperſtitis, ſed poſt per Reginã Rheni eiuſque pediſſequam manutergio ſtrãgulatæ (quod nunc in oppido Rhenenſi, vbi & illa quieſcit, aſſeruatur) Molanus in ſuo Sanct. Belgij indiculo, comprobat. Quid, quod non niſi Coloniæ Vrſulani cruoris puteus conſtituitur, ſicut in templo Machabæorum videre eſt, dicã? Quid quod tot ſeculis Agrum Vrſulanum Agrippinenſes ſine contradictione poſſederint, referam? Quæ omnia argumenta ſi parua uidentur, maiora lector ſub titulo Eccleſiæ Machabæorum inueniet.

Et cum tot ſint (pergit D. Fleien) Templa & Fana in hac Ciuitate omnia tamẽ reliquijs & oſſibus SS. Virginum hic, & non alibi è terra erutis ita ſunt referta, mirum eſt inueniri, qui putent, tot olim corpora, ad mil-

ad milliaria noſtra Germanica 26. aut plura, fuiſſe ex loco paſſionis Coloniam vſque tranſlata vt ſepulturæ traderentur. Quid, quod nec alibi extat aliquod veſtigium tantæ cladis, præterquam Coloniæ Agrippinæ, & nemo veterum alterius alicuius loci meminit? Denique hoc quoque vt obſeruetur, dignum iudico, corpora defunctorum, ex vna regione in aliam, nũquam trãſferri ſolita, niſi vt honeſtiori loco reponerentur, ad maiorem eorundẽ honorem, quod hic factum dici non poteſt, cum non in ipſam Ciuitatem, ſed in agrum extra ſitum, terrę mandata fuerint.

Hactenus D. Fleien, qui ex Italia virgines veniſſe, ſat clarè demonſtrauit. Nos nunc qua via in Italiam venerint, ipſo ſubdubitante videamus. Itaque quidam affirmant, ſocietatem, cum in oſtia Rheni tẽpeſtate coniecta fuiſſet, hortatu S. Vrſulę, Colonia Romam vſque peregrinationẽ, religionis ergo, connubia illa auerſando, & propterea profectionem in Armoricã deuitando inſtituiſſe, & ſic ex Italia à liminibus B. Petri & Pauli Coloniam cõmuni voto rediſſe. Cui opinioni Carolus Sigonius lib. 13. de Imperio occident. fol. 317. circa annum Domini 451. his verbis lubẽs ſubſcribit.

Attila Rheno traiecto occurrentia omnia Germania

mania ſecũda oppida infeſtus inuaſit, ac præcipuè Tungros Coloniamque deleuit. Cùm autem 11000. Virg. Britanni à viſitandis S. Apoſtolorum liminibus in patriam reuertentes, Vrſula duce, ſecundò Rheno deueherentur, apud Coloniam ab Attila intercepta ſacro martyrio coronatæ ſunt.

Hunc Sigonium in hiſtoriæ ſtudio apprimè verſatum, Surius & alij recentiores tanquã vetuſtiorem ſecuti, vti id idẽ ſenſerint in confeſſo eſt, non obſtante D. Fleien opinione, qua metuit, ne Franci Alemanni, alijque Barbari populi virgineum hunc tranſitum paſſuri fuiſſent, cùm contra potius teſtimonijs B. Hieronymi reperiamus, eo ſeculo ijſdemq; temporibus peregrinationes ad loca ſancta Romam & Hieroſolymam verſus, crebras fuiſſe ac frequentes, vt prolixè demonſtrat Cornelius Schulting: Hieronymiana ſua Confeſſ. cap. 10. articul. 10. de veterum peregrinationibus ad loca ſancta. Quæ omnia non parum Colonienſium traditio, de S. Sigillinde Virg. eiuſque Curatore Quirillo, Itineris Vrſulani Colonia Romam, indeque iterum Agrippinam comitibus (quemadmodũ ſub Titulo Machabæitarum fuſius tractatum fuit, quo & breuitatis cauſa lectorem remittimus) conſolidat, nedum quod SS. reliquiæ per S. Vrſulam Roma Coloniam allatæ (quas ocu-

lis

lis meis ante hæc tempora in Aurea came-
ra rem diuinam peragens conſpexi)etiam-
num in eburnea ſuperſint ciſtula. Neque
nobis ex piè relatis conceptam opinio-
nem eripit, quod nullum in vrbe repe-
riatur veſtigium, tantam hominum mul-
titudinem illo tempore BB. Apoſtol. li-
mina ſalutaſſe, cum inclinante ſe tum
Romana Republica, labi & propè cade-
re incipiente, ſurſum deorſum verſa o-
mnia ſint; taceo quod noua monumenta,
tempore tali quo leges & omnia ſilent, e-
recta fuiſſent. Quibus omnibus in vnum
collatis authoritatibus grauiſſimis & ra-
tionibus non abſonis (vti ex Hiſtoria S. Si-
gillindis ſub Tit. Eccleſiæ Machabæorum
patet) quantoperè ſe ludibrio exponant
Centuriatores, ſequẽdo potius vnius Sto-
machabũdi Balæi relationẽ nulla penitus
authoritate fulcitam, quam tot antiquo-
rùm & doctiſſimorum Hiſtoriographo-
rum fide teſtimonia ipſi rationi innixa,
non eſt vt pluribus oſtẽdamus, cũ in pro-
uerbio ſit vnũ hominem quantũuis Mar-
tialem per ſe nullũ eſſe, & per amplius in-
comparatione multorum modeſtorũ vi-
rorũ allicti. Neq; artis eſt, viros bonos cri-
minis alicuius accuſare, ſicut Balæus
impoſtor ille vnicus, Colonienſes vni-
uerſos (quos oſſibus SS. Virginum falsò

gaudere comminiſcitur)de mendacio, temerarijs ſuis balatibus arguit, ſed, imputata veritate illuſtrare ars artium: Scire oportebat effrontem iſtum hæreticum, militibus in duello longè glorioſius eſſe, ſi illa lęta ſors illis obtingat, vt inimicũ proprijs armis quæ aduerſum illos adferebat,
1.Reg.17. poſſint interficere, quemadmodum in exemplo Dauidis adoleſcentuli, qui gigantẽ illum incircumciſum non gladio Saulis, ſed propria ipſi9 Philiſtæi machera interfecit. Sed gigas ille Balæus Colonienſium atque adeo SS. virginum hoſtis, mendacia pro armis habẽs, ijſdemq; redargutus occumbens, ignominiam hanc ſibi habeat, & vel inuitus cauſa cadens veritati honorem det. Non imus inficias quin & catholici interdum hiſtorias bifariam narrare ſoleant; Sed cum S. Matris Eccleſiæ filij, humiles ęxiſtant, ſimul ac de errore aliquo(pro vt errare humanum eſt, & teſte D. Ambroſio ad Sabinianum, vnũquẽque ſua ſcripta fallunt) conuincuntur, cẽſuræ ordinarię ſeſe ſubmittentes, pro non dictis ſua ſcripta habenda proteſtantur, quemadmodum hiſtoria & pietate micãs Cardinalis Baronius exemplo eſſe poteſt: Nam dum D. Fleien Apologia, qua Vrſulanum agrum impugnantem illum refellit, ipſi exhibita fuit, ſaniorem informationem

tionem nequaquã eſt aſpernatus, ſed gratanter eam accipiens, priorem ſuam ignorantiam eſt confeſſus; quod vtique hæretici non faciunt tumidi, ſed ſciri amantes ſemper in vetitum nituntur, noui noſtri Vigilantiani SS, reliquiarum Vulcani Caluiniſtæ & à Lutherani impoſtores, qui inter multas alias iniurias & hac catholicos afficere conantur, quaſi verò propter diſſonantiam hiſtoricorum maxima pars reliquiarum in templis papiſtarum (quo nomine ſanè honorificentiſſimo, ignominia nos affici putant) ſuppoſititia ſit, & pro reliquijs ſanctorum latronum oſſa, vel etiã canum & aſinorum (Cyriacum ſupradictum à ſimili in exemplum hac in parte introducentes) veneremur, maximè quia tam multæ reliquiæ eiuſdem generis aliquando reperiantur, vt oporteat vel eundem Sãctum, multa corpora habuiſſe, vel conſequenter multas apud nos eſſe reliquias falſas. Sed quod ad præfatum attinet Cyriacum, ſupra demonſtratum eſt abundè ſatis, quam nullus error circa venerationem reliquiarum eius commiſſus ſit, quo & breuitati ſtudẽtes lectorem remittimus; Aſt generatim loquendo; reliquiæ quæ publicè in templis catholicorum exponuntur venerandæ, tãtum ab eſt vt ſuppoſititiæ ſint, quanto diligentius Eccleſia

inuigilant ne fraudes fiant, quemadmodũ ex decreto concilij Lateranẽſis(quod nullas reliquias ſine authoritate Summi pontificis in publicum vſum recipiendas, ſtatuit) videre eſt. Deinde ſciendum eſt, quando in locis varijs eorundem corporum reliquiæ inueniuntur, quod tunc à parte totum denominetur, pro vt S. Baſilius docet: Nam Martyres 40. de quibus agit, in varijs tum dicebantur vrbibus, eo quod quælibet Ciuitas partem eorum haberet. Denique S. Chryſoſtomus ſuo tempore Apoſtolum Petrum & Romæ & Conſtantinopoli iacere dicebat, cum tamen Conſtantinopoli nihil eſſet, niſi aliqua particula: Siquidem corpus ipſum Romæ ſepultum, is idem teſtatus eſt, ſic inquiens: Romæ, quæ vrbiũ eſt regaliſſima, relictis omnibus, ad ſepulchra piſcatoris & pellionis currunt Reges, & præſides, & milites, & Conſtantinopoli Reges noſtri, magnam gratiam putant, nõ ſi propè Apoſtolos, ſed ſi vel extra eorum veſtibula, corpora ſua ſepeliantur, fiantq́ue piſcatorum oſtiarij Reges. Sed quid fruſtra in confutandis cerebroſis aduerſariorum inſultibus me defatigãs, & lectori nauſeam in re per ſe manifeſta generans, diutius contra laruas pugno (vbi authoritatibus ſacrarum ſcripturarũ ita totaliter ſubſcri-

Orat. in 40. Martyres.

Lib. quod Chriſtus ſit Deus.

Hom 32. in Ep. ſt. ad Rom.

ſubſcribūt,vt nil magis in ore eorum quā *Scriptura*, *Scriptura*, (à cuius tamen veritate tam longè abſunt) verſetur, accedant obſecro, & quid illa de reliquiarum cultu nos doceat, aures patulas arrigant.

Primo Moyſes cum ex AEgypto in Paleſtinam populum Iſraeliticum eſſet educturus, noluit ibi Ioſeph Patriarchæ iam dudum mortui oſſa relinquere,ſed ea honorificè ſecum aſportando in terram promiſſionis tranſtulit. Item Deus ipſe Moyſi corpus, dum illud proprijs manibus ſepeliuit,honorauit.Sed & oſſa Heliſæi cum tetigiſſent mortuum, cōtinuo illum ad vitam reuocarunt.Porrò, cum Iſaias delubra idolorum euerteret, & omnem idololatriam delere vellet, tantum abeſt, vt reliquias Sanctorum delendas eſſe exiſtimaret,vt cum aliorum mortuorum oſſa effudiſſet, & in cineres redegiſſet,oſſa tamen S. Prophetæ ibidem reperta aſſeruari iuſſerit. Huc ſeruit & Iſaiæ locus, quo dicitur, in eum (ſc.Meſſiam) gentes ſperabunt, & erit ſepulchrum eius glorioſum, quæ verba non pro eo tempore quo Chriſtus in eo iacebat, ſed etiā pro futuro, ac proinde reliquias honorandas intelligi docet D. Hieronymus in Epl-

Exod.13. cap. *Deut.vltim. cap.* *4.Reg.13* *4.Reg.23* *Eſai.11. cap.*

Matt. 9. in Epiſtola ad Marcellam. Proinde Emorrhoiſſa mulier ſolam fimbriam Chriſti attingens ſanata eſt. Denique populi certatim ad vmbram Petri contingendam, & Pauli ſudaria ad ægrotos deferenda magnam religionem oſtenderunt. Hæc omnia non niſi ex mera ſacra ſcriptura deſumpta teſtimonia, non nobis certè, ſed ipſis impoſtorib⁹ hæreticis cõtraria ſunt, quibus ſi authoritates Patrum antiquorũ & crebra miracula ad SS. reliquias facta (quę certè non fierent ſi Deo reliquiarum cultus exoſus eſſet) accederent; vbi obſecro aduerſarij comparerent? Sed miſſa faciẽs omnia, hoc tantũ ex aliquo hæretico quæro: cùm Tertuliano teſte*, corpora ſanctorum fuerint organa animarum ad omne opus bonum, & inſtrumenta Dei ad illuſtrandam gloriam ſuam; cur à fidelibus magni fieri & debito in honore ac cultu aſſeruari non debeant? Nam vt D. Chryſoſtomus ait, nihil efficatius repræſentat & infigit in animo memoriam Sanctorum quam ſepulchrum ipſorũ; ſtatim enim atque videmus ſepulchrum Sancti alicuius, recordamur illius, & virtutum eius, patientiæ, charitatis, caſtitatis, pietatis; & ſimul quãta gloria fruatur in cœlis, pro labore b[illegible]iſſimo huius vitæ.

Actor. 5.
Acto. 19.

Tertull. de reſurrect. carnis.

Quapropter bona cauſa tandem triumphante

phante glorietur Colonia, quod Vrſulani Agri poſſeſſionem retineat, ac id ipſum præ nobili ſuo cauſidico D. Fleien (qui cũ fortiſſimis quibuſque pro aris & focis Colonienſibus, manus intrepidè conſerere audet) acceptum ferat, deferatque plurimum, ac lætabundam congratulationem meam, hilari fronte ſuſcipiat, certa, ſi ſanguine Vrſulanũ hunc Agrũ contra omnẽ rationem hactenus impugnatum, redimere ſciuiſſem, fœlicem penitus me reputaſſem; Nam qualem tumultum cogitationũ circa grauiſſimam hanc Hiſtoriam è tot nunc controuerſijs elapſam, aliquando in corde ſenſerim, norunt ij quibus cum nõnunquam informationis cauſa contuli; Refellere quippe eos qui dictum fundum exagitabant, meæ paruitatis non erat, deportare autem extra Coloniam ſancta illa corpora, vna cum cruẽtato ſolo Agrippinenſi, & neſcio in quas vltra marinas partes conſtituere, impoſſibile; Turbabar ergo tunc, qui nunc exulto. Exultant credo & virgines in gloria, & lætantur in cubilibus ſuis, Vnum doleo, quod Reuerendiſſimum atque illuſtriſſimum D. Minutiũ de Minutijs Archiepiſcopum Iadirẽſem, Summi Pontificis Secretarium, Hiſtoricũ nobilem, Colonienſibus fata eripuerint, ſiquidem de veritate Vrſulanæ ſocietatis

Coloniæ paſſæ talē relationē, qualē docti nunquā vidiſſent, ac oēs ſummoperè admiraturi, promiſerat: Cæterùm dū Anno 1605. Colonia in Italiā præſtātiſſimus hic vir rediret, mortu' Monachij, apud Sereniſſimū & Religioſiſſimum Principē Bauariæ, ibidemq; ſepultus ſpē noſtrā eluſit.

Vt igitur compoſitis altercationibus hanc Baſilicam abſoluamus, ſciendum pro Colophone, quod Colonienſes poſt SS. Virginum funerationē, in tali honore nō diu poſt erectam Baſilicam habuerint, vt nullius mortui corpus ibidem vnquam ſepelierint, quod dum imperiti ignorant, videntes tot Mauſolêa perſuaſum ſibi habent, quaſi tēpli area SS. Virg. cruore purpurata, nullum ſuſcipiat ſepeliendum, imò pueros recenter baptizatos, de nocte in ſuperficiem terræ viſendos eijciat, quas in dictis Mauſoleis (in quib' corpora certarū virginū repauſant) aſſeruari putant, quod & ipſe olim credidi. Sed ſtare non poſſe inde colligi poteſt, quod in Eccleſia Machabæorū, in qua magno quoq; numero ex ſocietate SS. Virginū corpora reperta, inde ab initio paſſionis colūtur, quotidie adhuc Chriſti fideles, quos tamē certaminis arena nō euomit, ſepulturæ mādantur, ita vt fidē meā pro obſide interponere auſim, virgines illas nō tā liuidas, vt in domino

mino obdormiẽtes, regni Dei cohæredes, cõfratres & cõſortes, multominus modo genitas à ſuis cubilibus excludant. Itaq; ab omni falſa opinione liberatis virginibus, victoriã de earũ aduerſarijs reportantes, prius Epinicium ex Lanſpergio deſumptũ, eis cantemus & tum vela contrahamus.

O venerantes Chriſti Roſæ
Supra modum ſpecioſæ
O ridentes margaritæ
Diligenter exquiſitæ
Eleganter expolitæ
Aduenite me audite
In ſeruum me ſuſcipite.
Ego pauper precor talis
Vt ſim veſter ſpecialis
Veſtri fruens in amore
Veſtro fiat cum fauore
Dum exoro vel honoro
Gratum ſit in veſtro choro
Et vicem piam reddite.
O puellæ ô Agnellæ
Charæ Chriſti Columbellæ
Sine dolo ſine felle
Cæli ſtellæ, cæli cellæ
Iubilate purpuratæ
Coronatæ conregnate
Cum agno innocentiæ.
O quam eſtis vos ſecuræ
DEO ſemper fruituræ
Cum quo eſtis permanſuræ
Nunquam eo carituræ

Quem

Quem videtis, quem tenetis
Qui vos vlnis ſtringit latis
Serena ridens facie.
O regina puellares
Paßione ſancta pares
Deo vos familiares
Prædilectæ ſingulares
Nunc florete nunc gaudete
Semper nouæ ſemper lætæ
Feſtiuum chorum ducite.
O iucunda Philomena
Quarum turma ſunt vndena
Sponſa DEI DEO plena
Decantate laudem bene
Virginales per choreas
Et Cœleſtes per plateas
Iucundum carmen dicite.
Date voces in ſublimi
Angelorum chori primi
Locum dantes admirentur
Iocundantes collætentur
Veſtram nouam melodiam
Inauditam Harmoniam
Auſcultet S. Trinitas.
O dilectæ conſorores
Quarum nunquam marcent flores
Ipſi ſibi vos præuidit
Qui de mundo vos præſcidit
Vos elegit, vos collegit
Et inſertum ſibi fregit
Pulcherrima diuinitas.
Te ô turba generoſa
Præit illa florens roſa

Sola

Sola roſa Principalis
Nec eſt ibi roſa talis
Quæ ſit tibi coæqualis
Mater tota curialis
Quæ tulit cœli dominum.
Ipſa eſt dilecta mea
Vos præcedens in chorea
Cuius nomen & perſona
Sua lucet in corona
Quam inſcripſit Deus pater
Hæc eſt illa I E S V mater
Maria Virgo Virginum.
Hæc vos præit cum honore
Suo trahens vos odore
Ferens ſignum vexillare
Modulatur vobis clare
Per floreta per roſeta
Promit vobis carmen læta
Cantantes ſubſequimini.
Summas voces angelorum
Omne melos Muſicorum
Hæc ſuprema philomena
Sua vincit cantilena
Quam ſequentes condecenter
Diligenter & ardenter
Dilectum contemplemini.
Dulcis ſponſus qui vos amat
Qui de throno ad vos clamat
O dilectæ ô Sodales
Sponſæ meæ ſpeciales
Me videte me habete
Memetipſum poßidete
Sentite perfruimini.

Per

Per meipſum vos complector
Et in vobis condelector
O fœlices ô victrices
Chara meæ dilectrices
Veſter ego ſum & ero
Quem amaſtis corde mero
Me ſponſum oſculamini.
Ad hanc vocem ô Aletha
Lætas aures adhibete
Quid decantet peraudite
Et poſt agnum mitem ite
Nouis ſtolis decoratæ
Poſt dilectum ambulate
Canentes cum tripudio.

Poſtremò ne longiores ſimus, Eccleſia hæc, præterquã quod SS. Virginum reliquijs ſit vndique decenter ornata ac repleta, aſſeruantur in tribus argenteis deauratis, gemmiſque pretioſè veſtitis, ac ſummo Altari incorporatis Tumbis, tria corpora, videlicet S. Cyriaci Pontificis, S. Vrſulæ, & S. Conani eius ſponſi quem alij Etherum nominari volunt; quorum capita medijs argenteis ſtatuis incluſa in Aurea Camera ſeorſim cum multis alijs primarijs capitibus, reuerenter ſub firma clauſura cuſtodiuntur. Inter quæ vnum cæteris omnibus notabiliter ponderoſius, quod & in manibus ſæpè habui, dum ob myſterium olim aperire quidam commiſſarij tentaſſent, ad ſudo-

rem

rem vſque præ tremore,anguſtiatos fuiſſe mulierculæ cuſtodiam habentes referunt, quod & ego ſimpliciter relatum refero; Nam ſi prudentulo lectori fabuloſum fortè videbitur, cum eo verbis ego propterea non cōtendam,licet Deum mirabilem in ſanctis ſuis pro comperto habeamus,& Salomon ſcrutatorem maieſtatis opprimendum à gloria dicat. Feſtum huius vniuerſalis ſocietatis celebratur 21. Octobris.Cum tanta populi frequentia & deuotione, vt Baſilica quantumuis ampla,concionatoris tamen Auditores nullo pacto capiat, verū extra eam in cæmiterio ſub dio concio habenda ſit, ſed & dum ex Aurea Camera reliquiæ exportātur &reportantur, Procerum Ciuitatenſiū filiæ adoleſcentulæ beatæ reputantur & fælices,quando in veſtitu deaurato circumdatæ varietate, fimbrijs aureis circumamictæ, Regi Domino virgines in templum ſanctum ſuum pro conſuetudine pia, in lætitia & exultatione readducunt & afferunt. Vidi in hac Camera reuera aurea, telum, quo S. Vrſula transfixa fuit.Item annulum aureum ſimplici opere, quo eadem ſancta à ſpōſo ſuo ſubarrata fuit. Itē eburneas affabrè ſactas ciſtulas, in quibus reliquiæ quas Roma ſecum attulit, & quæ ad regalem muliebrē mun-

mundum pertinent,ipſaque in itinere vſa fuit,continentur.Bibi etiam inibi ex vna Hydria,in qua Chriſtus in Cana Gallilæa aquam in vinum conuertit: Sed & libro ſodalitatis Vrſulanę in quo Reges & Principes inſcriptos vidi, nomen meum requiſita conditione (qua quis quotidiè ad vndecim Pater Noſter & totidem ſalutationes Anpelicas ſimplici obligatione aſtringitur)dedi,ita vt facto cõputo, quælibet ex vndecim millibus ſemel in anno vndennem orationem Dominicam & Salutationem Angelicam in Dei laudem ſibi recitatam in tempore, ſuſcipiens,eandem cum vſura in hora mortis domino offerat pro ſalute cultoris animæ,pro vt Chriſti fidelium Colonienſium ſedula pietas & deuotè credit,& experimentaliter à morientibus (qualiter ſub vmbra alarum S. Vrſulæ ab hoſte protegatur)didicit. Proinde aſſeruatur etiam in hac Baſilica corpus S. Hippolyti Martyris Romani, à S. Laurentio quem in carcere cuſtodiebat vnà cum tota domo ſua conuerſi,qui cum eundem S.Laurentium ſepeliuiſſet, iuſſu Decij Tyranni tentus, poſt alia tormenta ligatis pedibus ad colla indomitorum equorum per carduetum & tribulos crudeliter tractus,toto corpore laceratus emiſit ſpiritum; cum quo eodem die etiam paſſi

ſunt

ſunt B Concordia eius nutrix, quæ antè ipſum plumbatis cæſa migrauit ad Dominum: & alij decẽ & nouem de domo ſua, qui extra portã Tiburtinã decollati ſunt, & vnà cũ eo in agro Verano ſepulti. Dies autem tranſlationis eius ex Gerisheim vt ſuprà, feſtiuè pridiè S. Vrſulæ celebratur, Dedicatione Baſilicæ præſentis ipſo S. Lamberti occurrente. *Caniſius hac die & 13. Auguſti.*

X. COLLEGIATA ECCLESIA B. M. V. IN CAPITOLIO.

QVondam vrbis Agrippinæ Capitolium fuit: Vt enim Senatus Colonienſis, iiſdem ferè officijs diſtinctus eſt, quibus olim Romanus; Ita & ad imitationem Vrbis Romæ M. Agrippa in ea etiam Capitolium in hoc monticulo conſtruxit. Cum autem Galli Rheni tractum & ipſam ciuitatem occupaſſent, tum Pipinus Dux Brabantiæ Francorum Rex in arce Capitolina hac reſedit. Is vbi Coloniam & ſuam etiam coniugem Plectrudem (altera Adelheida ſuperinducta) deſereret, illa ſe totam pietati & religioſæ deuotioni mancipauit, & ex Capitolio hoc bene dotatum collegiũ nobilium Canoniſſarum in honorẽ B. M. fundauit. Hinc in antiquiſſimis monumẽtis, collegiatam *Chron. Colon.*

hanc Eccleſiam, olim Mariam altam vocatam certum eſt. Quo in templo ipſa Fũdatrix, bonis operibus plena, & eleemoſynis Deo proxima ſepeliri voluit.

Sunt præterea in altero choro ex oppoſito Canoniſſarum Canonici 12. & 23. Vicarij, Præpoſitum tamen & Decanum non habentes, ſed D. Abbatiſſa Capituli caput eſt.

In hac Eccleſia inter alias reliquias corpus S. Vitalis Ciuis Mediolanenſis, patris ſanctorum Geruaſij & Prothaſij, debito cum honore in pretioſa admodum Tumba aſſeruatur. Qui cum Rauennæ B. Vrſicini corpus ſublatũ honeſtè ſepelijſſet, tentus à Paulino conſulari, poſt equulei tormenta, iuſſus eſt deponi in profundam foueam, & terra ac lapidibus obrui, quo martyrio ad Chriſtũ 28. Aprilis migrauit.

Martyr. Rom.

Item ſepulta eſt in hac Eccleſia B. Ida de Niuella Sanctimonialis Ord. S. Bernh. Habentur inſuper & de crinibus & cingulo B. Virginis, nec non aliorum Sanctorum reliquiæ.

Martyr. Caniſij.

Statua proinde D. Virginis argentea non cõtemnendæ tum induſtriæ tũ magnitudinis in eadem Baſilica, certis temporibus pro ornamento exponitur. Claret quoque in hac Eccleſia famoſa crucifixi

imago,

Imago, multis annotatis miraculis. Nec dicere ſufficio, quãta religione ſacram hanc AEdem, ad pietatẽ nati Colonienſes Deiparæ, in mõtana feſtinè ad cognatã abeuntis, imitatores ſeduli octo diebus ante & octo poſt feſtũ Viſitationis eiuſdem B. V. M. ex antiqua ad promerẽdas certas indulgentias, recepta cõſuetudine, oratum adeant, ita vt diei deuotio ſua non ſufficiat, ſed & vſque in multam noctem eandem (quam maioris inibi campanæ gracilis & delicatiſſimus clangor prodit) continuẽt. Porrò Dedicat. Templ. ipſo S. Lucæ Euang. currit.

XI. COLLEGIATA ECCLESIA AD S. CAECILIAM vocata.

QVin hoc templum tanquam omniũ antiquiſſimum, in meditullio Ciuitatis ſitum à S. Materno fundatũ ſit (pro vt etiã tũ Chronicon, tũ vnanimis Coloniẽſis populi cõſenſus perhibet) dubiũ nullũ eſt: verũ in eo duntaxat controuerſia, ſub cuiuſnã patrocinio ab eodem ſit dedicatum. Nam falſum eſſe, quod maiuſculis in eo ſcriptum cernitur, quaſi à S. Materno in honorem S. Cæciliæ dedicatum, manifeſtè patet, quod tempore S. Materni, qui D. Petri diſcipulus fuit,

S. Cæcilia virgo Romana nondum in rerū natura fuerit, ſed modo ſub Vrbano Papa 6. Anno 232. paſſa ſit, ita vt ſi dicere velimus, ſicut reuera dici aliter non poteſt, Templum hoc à S. Materno dedicatum, conſequens ſit, quod tum nō in honorē S. Cæciliæ; ſin autem, quod è contrario non à S. Materno, ſed alio potius intermedio Epiſcopo ſit cōſecratum, prout ſæpè euenire ſolet, vt dum Templa renouātur (ſicut & hoc renouatum conſtat) etiam in reconciliatione patrocinia mutētur. Quam difficultatem cum diuerſis examinandam obtuliſſem, hāc à Reuerendo & Docto P. Virginum illarum D. Theodoro Phrearæo Sene admodum venerabili ſolutionē obtinui, quod templum illud nunquam à D. Materno B. Petri diſcipulo in S. Cæciliæ, ſed B. M. V. & D. Petri honorem, conſecratum, perhibente idipſum adiuncto Parochiali Templo D. Petri, ac peramplius antiquiſſimis monumentis id cōteſtantibus, ſit habitum, ideoque Patrocinium S. Cæciliæ & Eugeniæ tempore quo neſcit acceſſiſſe; ita, vt (ſiquidem ſolis coniecturis diuinandum) id vel VViliberti 22. Epiſcopi Colonienſis, Canoniſſarum tunc, nunc Virginum primi fundatoris tēpore, vel poſt illum S. Brunonis 25. Epiſcopi Colonienſis Templi huius ampliatoris,

Surius Tom. 6. fol. 505.

ris, vel alterius illius Materni, de quo paulo ante in Apologia S. Vrſulæ egimus, acceſſerit, quo dato vtique adhuc certum euadit à Materno illo non in diuorum numerum relato, ſed qui Baronio teſte Conſtantini tempore vixit, & à Demochare in tabulis Epiſc. Col. ita Baronio ibidem aſtruente prætermiſſus eſt, Templũ hoc, prius in honorem D. Virginis Mariæ & S. Petri, à S. Materno B. iſtius Apoſtoli, poſt autem ab hoc fortè ſecundo Materno in honorem S. Cæciliæ & Eugeniæ cõſecratum ſit. Definitiuè nil aſtruo, ſed liberum lectori iudicium relinquo, cuius æquitate vel ſtet vel cadat ſententia data.

Vide Annot. Martyr. Romani 14. Sept.

Aliàs Templum hoc fuiſſe olim cathedrale ſupra aperuimus. Nunc verò Collegium eſt, tam virorũ, Præpoſitum tamẽ & Decanum non habentium, quàm Virginũ nobiliũ & Patriciarum ſub regula B. Auguſtini, per reformationem in clauſura admodum ſtricta, diſciplinate ſatis viuentium; quorum Abbatiſſa Collegij totius caput, vt plurimum Comitiſſa eſt. Numero autem ex opibus illarum aſſociatarum ſuburbanarũ in VVeier monaſterio (quo 1474. propter Noueſienſe bellum ab Ampliſſimo Senatu Col. diruto, & huc tranſlato) ab inde nũc auctæ communiter ſunt 16. In hoc tẽplo ſacris reliquijs pleno, cor-

pus S. Euergiſli 3. Epiſcopi Colonienſis S. Seuerini diſcipuli, patria Tungrenſis in argentea deaurata Tumba aſſeruatur. Qui cum Tungris ſacra loca nocturno tempore inuiſiret, à Ribaldis, putantibus ſe apud illum multas pecunias inuenturos occiſus, poſt anno 1456. à S. Brunone inde 28. Martij Coloniam tranſlatus eſt, cuius paſſionis dies annuè 14. Septembris fit celebris. Hic vnà cum S. Seuerino audiuit Epinicium SS. Angelorum animam S. Martini in cœlos deferentium. De quo plura ſub Titulo S. Gereonis Templi lector inueniet. Item in Tumba adhuc alia argenteis laminis obducta, aſſeruatur corpus S. Paulini, qui Conſtantinopoli oriundus, ſub Conſtantino Copronimo & Iconoclaſta militās, ob Imperatoris impietatem, militiæ ſeculari renunciauit, & Chriſti nomen dedit Leuita effectus. Itaque Imperatoris iuſſu ob Chriſti confeſſionem præciſis naribus, pice ac ſulphure liquatis, perfuſus capite ac erutis oculis, fune pedibus, alligato per plateas tractus, tandem malleo ferreo, cerebro de capite excuſſo octauo idus Iulij migrauit ad Dominum. Cuius corpus primum Venetias, deinde in Italiam, poſtea huc 4. Maij eſt tranſlatum.

Martyr. Caniſij has ait.

S. Huius Hiſtoria manuſcripta, vetuſtiori charactere habetur in hoc collegio.

Item ex antiquiſſima Col. traditione in hac

in hac Eccleſia aſſeruatur & Brachium S. Cæciliæ Virginis & Martyris Romanæ, quod certis feſtiuis diebus in pretioſa argentea Theca in ſummo altari exponitur. Quam ſacratiſſimam virginem cum Anno MDIC. Clariſſimus Cæſar Baronius ex integro inuentam referat, denuo mihi magnum oſtium ad multos aduerſarios apertum eſt: Itaque vt Baronio & Colonienſibus vnicuique quod ſuum attribuatur, non Phariſæorum ſupercilio, ſed ſacratiſſimæ iſtius virginis interuẽtu, debita cum modeſtia, totam Baronij narrationem in medium proferamus, & ſingulorum verborum vim & energiam diſcutiamus & trutinemus, quatenus ſingulis maturè ponderatis & Brachium S. Virginis Colonienſes retineant, & grauiſſima Baronio authoritas ſimul maneat. Romæ (ait Baronius) natalis eſt ſanctæ Cæciliæ Virginis & Martyris, quæ ſponſum ſuum Valerianum, & fratrem eius Tiburtium ad credendum in Chriſtum perduxit & ad Martyrium incitauit. Hanc Almachius Vrbis Præfectus poſt eorum Martyrium teneri atque illuſtri paſſione poſt ignẽ ſuperatum gladio fecit cõſummari. De hac ſacratiſſima ac nobiliſſima Virgine Romana notat hiſtoria, ꝙ ab in-

Tom. 9. Annal. pag. 861.

In annotat. Martyr Romani 22. Nou.

eunte ætate, vitam Chriſti, ex qua ſibi deuotiora (in quibus die ac nocte meditaretur, ſelegit) in pectore ſuo abſconditam portarit, qua & ita cor eius fuerit repletū, vt in pompa nuptiarum vbi tot vana gerebantur, exiſtens, cantantibus organis, ſtabili corde, Chriſto Deo illud Dauidicū: *Fiat cor meum immaculatum, &c.* decantarit, ideoque roſarum flores (quorum gratiſſimo odore Valeriani ſponſi eius frater Tiburtius conuerſus) ex paradiſo ab Angelo acceperit. Hanc autem paſſam eſſe anno 232. Vrbani 6. Papæ, Alexandri verò 9. Imperatoris temporibus, ſupra ex Surio citauimus. Corpus verò eius (poſtquā tribus ictibus niueam eius ceruicem crudelis miniſter feriēs amputare nequiuit, ſed toto quo ſuperuixit triduo eam ſemiputato capite, nihilominus Chriſti fidem prædicantem reliquit) S. Vrbanus Papa noctu inter collegas Martyres, ſepulturæ mandauit, eiuſque domum ex vltima Virginis teſtatione in Eccleſiam conſecrauit. Porrò anno 821. corpus ſacratiſſimæ virginis à Paſchali Romano Pontifice, ipſa reuelāte repertum eſt, aureis velatum indumētis ſanguine adhuc infuſis, quod ſimul cum ſocijs Martyribus in Eccleſiam eiuſdem S. Cæciliæ nomine nuncupatam tranſtulit. Anno verò 1599. die 20. Octobr. cum

Tom. 6. Lyppeloo fol. 592.

ſub

ſub Clemẽte Papa 8. lucem denuò aſpiceret, præfatus Pontifex corpus B. Virginis veteri cupreſſiua capſa, in qua octingentis & 78. annis iacuerat, thecæ argenteæ prægrandi, ſtellis auri fulgore micantibus exornatæ valoris 4392. aureorum incluſa; intactum immutatumque, eodem loco in quo fuerat collocatum poſt peracta miſſarum ſolemnia, ſumma cum deuotione & lacrymarum imbre, toto ſpectante populo 22. Nouembris, ipſo feſto Virginis die repoſuit. Quę ſummatim ex ipſo Baronio deſumpta, Colonienſibus, S. Virginis brachium propterea non eripiunt. Sed prius quæ ſint formalia Baronij verba ad rē pertinẽtia, & dum demum quid ſentiendum videamus.

Vidi (ait de ſe Baronius, cuius lucro Padagrici Pontif. impedimentum ceſſit) quæ in marmoreo monumento poſita erat, arcam cupreſſiuam, quâ ſacra membra Cæciliæ claudebantur, operculo ductili clauſam, eãdemque modicè lęſam. Et poſt pauca. Cùm nos iſta de lignea arca non ſine magna admiratione vidiſſemus; ad id quod intus detinebatur ſacrum Martyris corpus intuendum deuenimus. Ac planè ſecundum illud Dauidicum: ſicut audiuimus, ita & vidimus in ciuitate Domini virtutum, in Ciuitate Dei noſtri. Etenim, *Tom. 9. Annal. pag. 862.*

Lector videat locum & pariem iam adhuc alia inueniet.

vt à Paſchali Papa inuentum & reconditum fuiſſe legimus (& ſuperius recitauimus) venerandum Cæciliæ corpus, ita inuenimus nempe ad pedes eius, quæ fuerant madida ſanguine vela; & ſerica fila auro obducta quæ viſebantur, iam vetuſtate ſolutæ veſtis illius auro textæ cuius idem Palſcalis meminit, indices erant. Alia verò ſupra Martyris corpus ſerica leuia tamen velamina poſita, ipſaque depreſſa, ſitum ipſum & habitudinem corporis oſtendebant. Viſebaturque (quod admiratione dignum erat) non vt aſſolet in ſepulchro reſupinum poſitum corpus, ſed vt in lecto iacens honeſtiſſima virgo ſupra dextrũ cubare latus, contractis non nihil ad modeſtiam genibus, vt dormiẽtis imaginem redderet potius quam defunctæ, ipſo ita ad inſinuandum in omnibus virginalem verecundiã compoſito ſitu corporis: adeo vt (quod æquè mirandum) nemo quantumuis curioſus inſpector, auſus omnino fuerit Virgineum illud detegere corpus, reuerentia quadam inenarrabili repercuſſus, perinde ac ſi cœleſtis ſponſus aſſiſteret vigilans, cuſtos dormientis ſponſæ, monens & minans: Ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit. Et poſt pauca. Interea cum idem ſummus Põtifex

Situs corporis S. Cæciliæ in ſepulchro.

Cant. 2.

Clemens

Clemens 8. incolumis rediiſſet è Tuſculano: Adiuit vnà cum S. R. E. Cardinalibus ipſam Eccleſiam S. Cæciliæ, vt eiuſdem virginis atque Martyris inuiſeret ac veneraretur ſacra pignora: vbi cùm adeſſet educto operculo, cupreſſinæ illius capſæ, venerandum quoque Angelis ſanctiſſimæ ipſius corpus, ijs quæ diximus (vt poſitum fuerat à Paſchali Pontifice) opertum velis vidit, & veneratus eſt. Et paulò inferius. Sed eius plurimum in eo commendata modeſtia fuit, quod inuitatus licet, noluit reductis velis nudum virginis corpus, quantumlibet exſiccatum inſpicere, cui eſſe videretur loco ruboris cuſtodis verecundiæ virginalis, ſanguis aſperſus: ſatis ad fidem eſſe ſciens, membra ſingula cognouiſſe per ſuperpoſita vela, atque vidiſſe à prædeceſſore inſcripta ſepulchro, atque deſcripta diplomate ſignacula illæſa reperta, atque diuinitus conſeruata. Et poſt pauca. Hæc ſatis ſunto. Audiant manſueti & lætentur: Confundantur autem & cõuertantur retrorſum omnes qui oderũt Sion, Impij Nouatores, Apoſtatæ Hagiomachi &c. Hucuſque Baronius. Ex quibus verbis indifferens lector intellexit S. Cæciliæ corpus non niſi velatum inſpiciẽdum permiſſum, ita vt fieri poſſit quod aliquid *Pſal. 33. & 128.*

membrorum abfuerit, id quod magis roborat, dum aſtruit, ſupra latus dextrum & non reſupinum corpus poſitũ fuiſſe, quo ſita certè non ſingula membra ſe prodũt, maximè velata. Et quandoquidem ex inuentione & repoſitione ipſa Paſchalis Põtificis conſtat, caput S. Cæciliæ in arcella ſeparata conditum, auſim ego dicere & brachium fortè illud, de quo controuerſia ab eodem Pontifice detractum, & pro antiqua neceſſitudine (quæ inter Romanas & Agrippinatꝭ ſemper viguit) Colonienſibus datũ, exigẽte præſertim Antiquiſſima in Vbiorum Colonia, à Materno B. Petri primi Romani Pontificis diſcipulo erecta Baſilica, ac poſt, eatenus, quatenus ſupra commemoratum S. Cæciliæ nuncupata; Plæraſque enim reliquias olim Roma mutuatas, nemo eſt qui negat. Sed duo hîc mihi ſolidanda obijci proſpicio. Primum, ſi verum, quod caput S. Cæciliæ ſeorſim à Paſchali reconditum, quomodo acciderit, vt idem in Clementis octaui inuentione, corpori redditũ perhibeatur? Reſpondeo hoc ipſum noſtris fauere partibus, quibus, non obſtantibus illæſis repertis ſignaculis (quæ integra fuiſſe Baronius refert quidem, ſed pariter, qualiter corpori caput reſtitutum, ignorare ſe fatetur) pro Colonienſium defenſione brachium

Baronius tom. Annal. 9. pag. 869.

chium S.Cæciliæ poſſidentium argumentari licet. Alterum eſt, quod ſi rata haberi debeat Colonienſium traditio quantumuis antiqua de poſſeſſione brachij S. Cæciliæ, qui fiat cur ſpecialiter non exprimatur literaria aliqua teſtificatione, quando & vnde acceperint? Reſpondeo Maiores noſtros ſimpliciter ambulaſſe & confidenter, nil hæſitantes, poſteros omnes citra controuerſiam admiſſuros illa, quæ ipſi filijs ſuis & illi ſequacibus in quartam & quintam generationem traducibus credēdenda propoſuiſſent, nedum quod conſignandi ratio fragilior eo ſeculo fuerit, perhibente Catullo.

Mors etiam ſaxis marmoribuſq́ venit. Atq; hæc tam de hac Baſilica (cuius Dedicatio 4. Dom. poſt Paſcha occurrit) quam Reliquis collegiatis dicta ſufficiant.

Nunc priuſquam ad ſecundarium Clerum & Religioſorum Eccleſias accedamus, operapretium me facturum putaui, ſi & viua ac myſtica illorũ Templa, qualia illa ceu ſpiritus ſancti domicilia, diſpoſita eſſe debeant, ex Illuſtri huius ſeculi Poeta Theologo ac Martyre Cornelio Muſio Delpho, hactenus intra priuatas parietes deliteſcēte, prælibando adumbrarem, præſertim cum id non ſolũ multis pergratum fore ſcirem, verum etiam vt percommoda hac nacta opportunitate ſubiungerem, à diuerſis exſtimularer. Nos modo ipſum metrum verum Monachum ludens audiamus, & tum

& tum demum cœptum inſtitutum proſequamur.

INTRODVCTIO MYSTICA

IN BASILICAS RELIGIOSORVM: Quæ & Metrum Veri Monachi; Authore Cornelio Muſio Delpho, Illuſtri huius ſeculi poeta Theologo ac Martyre.

Si laudata ſolitudo,
Eiuſque Beatitudo,
Euulgata placuit,
Paracleſis ſi vulgaris,
Pijs atque huius gnaris,
Viris non diſplicuit.
Iterum doctis confidens,
Candidiſque non diffidens,
Paracletus prodeo.
Et prototypum verorum,
Speculumque Monachorum,
Elimare ſtudio.
Hic tu Muſa nuper prona,
Illectantem venam dona,
Dulcis conſonantia.
Inter vt Catholiciſmum,
Atque verum Monachiſmum,
Nil ſit diſcrepantia,
Sunt qui Monachi dicuntur,
Et excercent, quod dicuntur,
Hi ſunt veri Monachi.
Sunt rurſum qui ſic dicuntur,

Sed

Sed non præſtant quod dicuntur,
Hi ſunt pſeudomonachi.
Monachiſmum ſi agreſtem,
Eſſe putas, non cœleſtem,
Neſcis quid ſit Monachus.
Si eundem vis carnalem,
Et non eſſe ſpiritalem,
Viuis, ſed non Monachus.
Monachiſmus ſi externus,
Plus arridet quam internus,
Non es vere Monachus.
Si te attrahunt ſculpturæ,
Et magnificæ ſtructuræ,
Non es vere Monachus.
Si fumoſa plus Culina,
Allicit, quam res diuina,
Non es vere Monachus.
Si te certus huc amictus,
Et inemptus traxit victus,
Non es vere Monachus.
Si omnino expers curæ,
Viuere hic vis ſecure,
Non es vere Monachus.
Si hic vitam delicatam,
Aut ſi quæris honoratam,
Non es vere Monachus.
Si hic expetis honorem,
Et omnem fugis laborem,
Non es vere Monachus.
Si es mitræ admirator,
Aut Galeri affectator,
Non es vere Monachus.
Si vt præſis hic ſecedis,

Non

Non vt proſis huc accedis,
Non es vere Monachus.
Si non pio venis motu,
Sine Numinis promotu,
Non es vere Monachus.
Si non ſpiritus induxit,
Sed te caro huc deduxit,
Non es vere Monachus.
Si nec Deus in conſpectu,
Neque fuit in affectu,
Non es vere Monachus.
Si non raptus es feruore,
Aut Dei actus amore,
Non es vere Monachus.
Si per deſperationem,
Curris ad religionem,
Non es vere Monachus.
Si neſcis ad quid veniſti,
Aut quid veniens quæſiſti,
Non es vere Monachus.
Si non huc ædificandi
Cauſa, venis & iuuandi,
Non es vere Monachus.
Si non ſcopum Chriſtum ponis,
Nec finem cœptis imponis,
Non es vere Monachus.
Si caducum ſpectas donum,
Et non ipſum verum bonum,
Non es vere Monachus.
Aliunde penetraſti,
Et per Chriſtum non intraſti,
Non es vere Monachus.
Si ex more aut rogatus,

Hanc

Hanc vitam es auſpicatus,
Non es vere Monachus.
Si(qui magnus eſt abuſus)
A quibuſdam es intruſus,
Non es vere Monachus.
Si innitus irrepſiſti,
Nec te ſponte deuinxiſti,
Non es vere Monachus.
Votum Deo, ſi vouiſti,
Sed votum non reddidiſti,
Non es vere Monachus.
Si ter Sancta ſpopondiſti,
Verum nihil reſpondiſti,
Non es vere Monachus.
Votum ſi non diſtinxiſti,
Sed confuſe extruſiſti,
Non es vere Monachus.
Ore ſi rectè dixiſti,
Mente aliud ſenſiſti,
Non es vere Monachus.
Si tu multum promiſiſti,
Et non multum praſtitiſti,
Non es vere Monachus.
Si res fictè abdicaſti,
Nec pure renunciaſti,
Non es vere Monachus.
Si fucatè obligaſti,
Aut de Chriſto dedicaſti,
Non es vere Monachus.
Si es regulam profeſſus,
Aut coactus aut oppreſſus,
Non es vere Monachus.
Si non veterem exutus,
Vitam nouam es indutus.
Non es vere Monachus.
Si pectus non eſt apertum,
Sed fucis latet opertum,
Non es vere Monachus.
Si tenuiter veſtitus,
Non reſpondes expeditus,
Non es vere Monachus.
Si ad malum es prouinctus,
Siniſtra pelle es pracinctus,
Non es vere Monachus.
Si es noua Creatura,
Cultu tantum & tonſura,
Non es vere Monachus.
Si figuram crucis portas,
Nec tamen vllũ ſupportas,
Non es vere Monachus.
Nomini ſi non concordat
Vita, ſed tota diſcordat,
Non es vere Monachus.
Simplici cucullo tectus,
Si nõ ſimplex es, & rectus,
Non es vere Monachus.
Ore ſi fratres ſalutas,
Sed clam odis & conſputas,
Non es vere Monachus.
Si non Deo es vnitus,
Nec in vijs eius tritus,
Non es vere Monachus.
Si non Dei in timore,
Si non viuis in amore,
Non es vere Monachus.
Iuſſa Dei ſi relinquis,
Vitia non derelinquis,
Non es vere Monachus.
Si applaudis malè factis,
Si exultas de peractis,
Non es vere Monachus.
Inſtitutum regulare,

Si detrectas obſeruare,
Non es vere Monachus.
Si in partes es conciſus,
Et in ſchiſmata diuiſus,
Non es vere Monachus.
Si incumbis ſictioni,
Magis quam religioni,
Non es vere Monachus.
Si prælato non obedis,
Sed reſponſans retrocedis,
Non es vere Monachus.
Si tu diſcutis mandata,
Aut expendis imperata,
Non es vere Monachus.
Contumax ſi inueneris,
Dum à ſene erudiris,
Non es vere Monachus.
Si non ſtudes puritati,
Et votiuæ Caſtitati,
Non es vere Monachus.
Si quam ſingularitatem,
Quæris aut proprietatem,
Non es vere Monachus.
Si concordas in amictu,
Sed diſcordas in conuictu,
Non es vere Monachus.
Literas ſi accepiſti,
Et acceptas ſuppreſſiſti,
Non es vere Monachus.
Si quod datur à cognato,
Inſcio capis prælato,
Non es vere Monachus.
Si peculium aceruas,
Et tibi ſoli reſeruas,
Non es vere Monachus.
Si contra ſtatuta duras,
Pugnas certè & periuras,
Non es vere Monachus.
Si contemnis commendata,
Aut irrides ordinata,
Non es vere Monachus.
Si tuo pro arbitratu,
Te geris in Monachatu,
Non es vere Monachus.
Propriam ſi libertatem,
Amas & immunitatem,
Non es vere Monachus.
Niſi tuam voluntatem,
Abdicaſquèe facultatem,
Non es vere Monachus.
Si non prorſum te dimittis,
Si non omnibus ſubmittis,
Non es vere Monachus.
Si es mente obduratus,
Pertinax & obſtinatus,
Non es vere Monachus.
Si non & ſuperiori,
Cedis & inferiori,
Non es vere Monachus.
Arroganter ſi te geris,
Si inanes plauſus quæris,
Non es vere Monachus.
Si non pariter moleſtis,
Acquieſcis & modeſtis,
Non es vere Monachus.
Si non te abiectiorem,
Sed putas præſtantiorem,
Non es vere Monachus.
Si ſcientia inflaris,
Et exultas cum laudaris,
Non es vere Monachus.
Si es ſtultè glorioſus,

Aut nimis ambitioſus,
Non es vere Monachus.
Si nouos captas rumores,
Et aſpiras ad honores,
Non es vere Monachus.
Si tantummodo aſcendis,
Et nunquam in te deſcendis,
Non es vere Monachus.
Oculi ſi diuagantur,
Et vana intueantur,
Non es vere Monachus.
Si plus mouent otioſi,
Quam ſermones fructuoſi,
Non es vere Monachus.
Quamlibet caput deflectis,
Si cor durum non inflectis,
Non es vere Monachus.
Si inceſſus eſt moroſus,
Aut veſtitus curioſus,
Non es vere Monachus.
Si ad plura te extendis,
Non vni tantum intendis.
Non es vere Monachus.
Si curas exteriora,
Negligis interiora,
Non es vere Monachus.
Aliunde petis vitam,
Quã per ſolã Chriſti vitã,
Non es vere Monachus.
Si pſalmodiam accedis,
Et cum viſum eſt recedis,
Non es vere Monachus.
Si te ſubtrahis à choro,
Et eſt animus in foro,
Non es vere Monachus.
Si te pſalmi non oblectant,
Sed Chorea plus delectant,
Non es vere Monachus.
Si te iuuat indefeſsè,
Ludis vanis intereſſe,
Non es vere Monachus.
Si ſceleribus accreſcis,
Et virtutibus decreſcis,
Non es vere Monachus.
Immemor profeſſionis,
Si pergis & ſponſionis,
Non es vere Monachus.
Si incedis perſonatus,
Et hypocriſi laruatus,
Non es vere Monachus.
Quicquid agis glorianter,
Si agis & ſimulanter,
Non es vere Monachus.
Si externis rebus ſolis,
Non internis Deum colis,
Non es vere Monachus.
Frigide ſi Deo ſeruis,
Si non eius cultu ferues,
Non es vere Monachus.
Si diſtraheris orando,
Aut diuina meditando,
Non es vere Monachus.
Si phantaſmatis intentus,
Precibus non es intentus,
Non es vere Monachus.
Si ad Deum cum vocaris,
Alio peregrinaris,
Non es vere Monachus.
Si in mente ſint præſentes,
Seu amici ſeu parentes,
Non es vere Monachus.
Si cum bonum operaris,

Sancti nomen aucuparis,
Non es vere Monachus.
Si bonis pulchre aſſueſcis,
Sed vt tuis inſoleſcis,
Non es vere Monachus.
Si Deum prius honore,
Cum quid feceris decore,
Non es vere Monachus.
Si iniquus expulſanti,
Et ad preces excitanti,
Non es vere Monachus.
Si non es peruigilator,
Nec aſſiduus orator,
Non es vere Monachus.
Si in prece facis moras,
Numerans elatus horas,
Non es vere Monachus.
Si non mente eleuaris,
Si non feruidè precaris,
Non es vere Monachus.
Si ad templum fabulandi
Cauſa vadis & iurgandi,
Non es vere Monachus.
Si non ſpiritu adoras,
Et in veritate oras,
Non es vere Monachus.
Si non totus inflammaris,
Quando Deum inuocaris,
Non es vere Monachus.
Si nec Chriſtum meditaris,
Nec in truce contemplaris,
Non es vere Monachus.
Dominum ſi oſcitanter,
Quaris atque dormitāter,
Non es vere Monachus.
Si non curris ad ſermones,
Nec ad ſacras lectiones,
Non es vere Monachus.
Si verbi es auſcultator,
Sed non verbi operator,
Non es vere Monachus.
Si non perficis audita,
Nec à priſca cedis vita,
Non es vere Monachus.
Benedicta ſi peruertis,
Seu in malā partē vertis,
Non es vere Monachus.
Si non ſuſtines doceri,
Et vitijs moneri,
Non es vere Monachus.
Si praue interpretaris,
Cum ad bonum inuitaris,
Non es vere Monachus.
Sacra ſi tu negligenter,
Obis & indiligenter,
Non es vere Monachus.
Si res plures corporales,
Facis quam ſpirituales,
Non es vere Monachus.
Si officijs attendis,
Et huc neruos omnes tendis,
Non es vere Monachus.
Ab officio dimiſſus,
Si doles & ſis remiſſus,
Non es vere Monachus.
Si ſit cella tadioſa,
Inſuauis, tadioſa,
Non es vere Monachus.
Si plus mundo es aſtrictus,
Ipſi quam Deo addictus,
Non es vere Monachus.
Niſi mundo inimicus.

Vni

Vni Deo ſis amicus,
Non es vere Monachus.
Si vis crebro ſalutari,
Et à multis viſitari,
Non es vere Monachus.
Si frequens ad colloquendum,
Exis aut ad colludendum,
Non es vere Monachus.
Si mœres quod denegatur,
Quodve exitus vetatur,
Non es vere Monachus.
Sine cauſa vis exire.
Et in publicum prodire,
Non es vere Monachus.
Si per vrbes diuagari,
Gaudes & delitiari,
Non es vere Monachus.
Si non pares rationi,
Neque patris iuſſioni,
Non es vere Monachus.
Si recuſas obedire,
Et quod iuſſus es obire,
Non es vere Monachus.
Mundi pompis ſi arrides,
Et non potius derides,
Non es vere Monachus.
Si vis Deo militare,
Et te multis implicare,
Non es vere Monachus.
Si cum turbis conuerſaris,
Falſo Monachus vocaris,
Non es vere Monachus.
Si non viuis innocenter,
Piè iuſtè abſtinenter,
Non es vere Monachus.
Si te ſeculo commiſces,
Aut commercijs immiſces,
Non es vere Monachus.
Si te mancipas terrenis,
Et incumbis auri venis,
Non es vere Monachus.
Ni ſis purus ab Vrbanis,
Et negotijs mundanis,
Non es vere Monachus.
Si in cœno volutaris,
Et in face delectaris,
Non es vere Monachus.
Si non es immaculatus,
Et à mundo deſecatus,
Non es vere Monachus.
Mundo ſi renunciaſti,
Et affectus non necaſti,
Non es vere Monachus.
Si vis Monachus putari,
Et vrbanus æſtimari,
Non es vere Monachus.
Pluris fuluum facis aurũ,
Spiritalem quã theſaurũ,
Non es vere Monachus.
Niſi mundum ſupplantaſti,
Vitiaq́ conculcaſti,
Non es vere Monachus.
Si de friuolis volenter,
Fabularis & frequenter,
Non es vere Monachus.
Cum puellis ſi iocaris,
Garris, rides, epularis,
Non es vere Monachus.
Si non pudet ineptire,
Aut pudenda effutire,
Non es vere Monachus.
Si tu es tumultuoſus,

Murmuroſus, querauloſus,
Non es vere Monachus.
Minus tibi ſolitudo,
Si placet quã multitudo,
Non es vere Monachus.
Si non ſapientiores,
Te quam audis meliores,
Non es vere Monachus.
Si tuos tantum conceptus,
Magni facis ac ineptus,
Non es vere Monachus.
Si vis otio vacare,
Literis non vis vacare,
Non es vere Monachus.
Si virtutem feriando,
Aucuparis & ceſſando,
Non es vere Monachus.
Si non ſerijs impendis,
Sed tempus nugis expendis,
Non es vere Monachus.
Si es breuis diſſipator,
Temporis non diſpenſator,
Non es vere Monachus,
Tempus ſi inoccupatum,
Præteritque feriatum,
Non es vere Monachus.
Si diem perdis vagando,
Fabulando, Computando,
Non es vere Monachus.
Foris ſi appares mundus,
Quum tu intus ſis immũdus,
Non es vere Monachus.
Si lingua laxas habenas,
Et non ſedulo refrænas,
Non es vere Monachus.
Si utiliter nugaris,
Aut ſiniſtre ſuſpicaris,
Non es vere Monachus.
Si non fugis iuramentum,
Ingens mentis detrimentũ,
Non es vere Monachus.
Si es Cogitatione,
Vita mendax & ſermone,
Non es vere Monachus.
Si non viſitas pupillos,
Nec paras Deo puſillos,
Non es vere Monachus.
Si virtute non procedis,
Moribuſque non præcedis,
Non es vere Monachus.
Hoſpites ſi non lauare,
Nec benigne vis tractare,
Non es vere Monachus.
Si tu pauperes excludis,
Chriſto ianuam occludis,
Non es vere Monachus.
Si per te ſcandalizantur,
Simpliceſve deprauantur,
Non es vere Monachus.
Si non ad ſalutem ducis,
Atque plurimos conducis,
Non es vere Monachus.
Si non mœſto condoleſcis,
Si non ſimul miſereſcis,
Non es vere Monachus.
Si non es fratri benignus,
Non es patris regno dignus,
Non es vere Monachus.
Si non gaudes cũ gaudente,
Si non luges cum lugente,
Non es vere Monachus.
Si non fers moroſitates,

Et fra-

Et fratrum infirmitates,
Non es vere Monachus.
Si non arguis peccantes,
Si non reuocas errantes,
Non es vere Monachus.
Si non ceſſas obtrectare,
Imò gaudes infamare,
Non es vere Monachus.
Si moleſtum ſit doceri,
Et ad recta promoueri,
Non es vere Monachus.
Aut ſi vltro vis monere,
Sed non curas adimplere,
Non es vere Monachus.
Si ſpiritui rebellem,
Carnem nõ reddis imbellẽ,
Non es vere Monachus.
Si non ſtudes ſubiugare,
Carnem & mortificare,
Non es vere Monachus.
Si non certas & exſpectas,
Fruſtra ad quietẽ ſpectas,
Non es vere Monachus.
Si non quiduis patienter,
Audis, vides, fers ſilenter,
Non es vere Monachus.
Illis ſi non es contentus,
Quæ probauerit conuentus,
Non es vere Monachus.
Si lautitias exquiris,
Molles plumas ſi requiris,
Non es vere Monachus.
Si te ſere à popinis,
Cohibentque à rapinis,
Non es vere Monachus.
Si humaniter tractaris,
Inſuper & querularis.
Non es vere Monachus.
Si plus quam neceſſitati,
Tribuis guloſitati,
Non es vere Monachus.
Cibo ventrem ſi diſtendis,
Sic vt Deo non intendis,
Non es vere Monachus.
Si aſueſcis reclamare,
Et ad quæuis murmurare,
Non es vere Monachus.
Si in faciem reſiſtis,
Nec admonitus deſiſtis,
Non es vere Monachus.
Si es pacis perturbator,
Et occultus perſcrutator,
Non es vere Monachus.
Si non ſuſtines ſilere,
Quando tempus eſt tacere,
Non es vere Monachus.
Si non morbidos affectus,
Nec prauos ponis defectus,
Non es vere Monachus.
Niſi bonum cum labore,
Et multo paras ſudore,
Non es vere Monachus.
Laborare ſi recuſas,
Et ſucatè te excuſas,
Non es vere Monachus.
Si tu viuis otioſus,
Raptor & negotioſus,
Non es vere Monachus.
Si non ſub diſceſſionem,
Vita paras rationem,
Non es vere Monachus.
Si eremi mores noſcis,

Sed te ipſum non cognoſcis,
Non es vere Monachus.
Si teipſum non prahendis,
Culpas tuas ſed defendis,
Non es vere Monachus.
Si feſtucam fratris vides,
Trabem tuam ſi nō vides,
Non es vere Monachus.
Aut ſi te vis excuſare,
Alios vis accuſare,
Non es vere Monachus.
Si non perturbationes,
Reſecaſque paſſiones.
Non es vere Monachus,
Odium ſi non repellis,
Nec eius ſtirpes euellis,
Non es vere Monachus,
Si non totus es ſerenus,
Et ab ira alienus,
Non es vere Monachus.
Si non moderaris ira,
Sed vis ad vindictam ire,
Non es vere Monachus.
Si vindex præteritarum,
Memor es iniuriarum,
Non es vere Monachus.
Si non cedis iraſcenti,
Nec ignoſcis perſequenti,
Non es vere Monachus.
Mutuum dilacerare,
Aut ſi iuuat diffamare,
Non es vere Monachus,
Si fratrem calumniaris,
Aut opprimere conaris,
Non es vere Monachus.
Si malum malo compenſas,
Et non bonum malo pēſas,
Non es vere Monachus.
Charitas, ſi non ferueſcit,
Sed algeſcit, ſed tepeſcit,
Non es vere Monachus.
Si quid facis pietatis,
Nec affectu Charitatis,
Non es vere Monachus.
Si contingit admoneri,
Et culpam non vis fateri,
Non es vere Monachus.
Si non curas cuſtodire,
Fratrem quē vides perire,
Non es vere Monachus.
Si conuitijs grauatus,
Non condonas mox placatus,
Non es vere Monachus.
Fratri ſtatim vt peccaris,
Si non reconciliaris,
Non es vere Monachus.
Si non æquo meti~is,
Sed ſæpiſſimè mentiris,
Non es vere Monachus.
Si quem aſſentatione,
Aut blādo prodis ſermone,
Non es vere Monachus.
Si à fronte benedicis,
Et à tergo maledicis,
Non es vere Monachus.
Si ingratus es benignis,
Et tuo fauore dignis,
Non es vere Monachus.
Senibus ſi adularis,
Aut ſi Viduas venaris,
Non es vere Monachus.
Si incumbis teſtamentis,

Et ab-

Et abuteris inuentis,
Non es vere Monachus.
Si tabella plus pictura,
Sapit ſacra quam ſcriptura,
Non es vere Monachus,
Niſi perfidis obſiſtis,
Et fidelibus aſſiſtis,
Non es vere Monachus.
Si non animam exponis,
Et pro Chriſti ſponſa ponis,
Non es vere Monachus.
Si es recti ſimulator,
Et praui diſſimulator,
Non es vere Monachus.
Si non animum compellis,
Et ad bonum vi propellis,
Non es vere Monachus.
Si non ipſe totus pugnas,
Non te vincis, nõ oppugnas,
Non es vere Monachus.
Si non gaudes cum tentaris,
Si langues cum tribularis,
Non es vere Monachus.
Si non cautius incedis,
Atque hoſti nil concedis,
Non es vere Monachus.
Præter Deum ſiquid amas,
Monachum te fruſtra clamas,
Non es vere Monachus.
Veſte ſimulationem,
Fingis re conuerſionem,
Non es vere Monachus.
Si capillos velut ſponſus,
Sed mores non es detonſus,
Non es vere Monachus.
Veſtem primam poſuiſti,
Sed nouam non induiſti,
Non es vere Monachus.
Frater es conſalutatus,
Sed non amas oſculatus,
Non es vere Monachus.
Rerum in communione,
Cordis cares vnione,
Non es vere Monachus.
Et ſi petra non inſiſtis,
Aut in fide non perſiſtis,
Non es vere Monachus.
Si vacillas conſignatus,
Et cruce initiatus,
Non es vere Monachus.
Habitum qualem vis geras,
Si non mente perſeueras,
Non es vere Monachus.
Si non pergis in hoc ſtatu,
Solo ſpiritus afflatu,
Non es vere Monachus.
Si poſt lapſum non reſurgis,
Neque ad virtutem ſurgis,
Non es vere Monachus.
Si te piget ferre crucem,
Atq; Chriſtum ſequi ducē,
Non es vere Monachus.
Si crucem externè geſtas,
Sed nil dignum cruce præſtas,
Non es vere Monachus.
Iugum Chriſti inſuaue,
Tibi ſi videtur graue,
Non es vere Monachus.
Si tu violas periurus
Vota, & viuis ſecurus,
Non es vere Monachus.
Si obmurmuras iratus,

Non facis aut facis ita, *Qui vocaris Monachus.*
Es aut non es Monachus. *E. ſi cenſor es ſincerus,*
Age nunc & bona fide, *Hic extende, anne verus,*
Hoc in ſpeculo te vide, *An ſis falſus Monachus.*

Si verum vero Monachiſmum carmine ſcribis,
Dic vbinam veros inueniam Monachos?
Non cuiuis facile eſt, Monachum dignoſcere verum
Alto in ſeceſſu pectoris ille latet.

DVODECIMA ECCLESIA S. PANTHALEONIS COENOBITICA virorum Ordinis S. Benedicti Prima.

ANno Chriſti in carnem venientis 954. à S.Brunone eius nominis primo Colonienſi Epiſcopo 25. Ottonis Imperatoris cognomento Magni, Saxoniæ Ducis fratre, ſub patrocinio S.Panthaleonis Martyris ſitu elegantiſſimo, ſicut ampla, ita & magnifica arcis inſtar, muro circũdata, in colle poſita, pro Abbatia Benedictinorũ, fundata eſt. Cum enim lapideũ peregregium pontem Colonienſem (quẽ eius latitudinis fuiſſe ferũt, quod 7. bene onuſta plauſtra ſibi inuicẽ ad latera ſeriatim correſpondentia vna vice: ſicuti ex ruderibus quæ Tuitij & in Rheno etiamnum conſpiciuntur, & D. Rhenani panegyrica, qua eum 7. ſtupendis mundi connu-

connumerat,facile conijci poteſt (capere potuerit)ne Francis Orientalibus per Rhenum in Gallias, qua ſuis contra Saxones, ob tranſlatum ad Germanos Imperium, auxilio forent,pateret tranſitus tanquam Saxonum partes contra Francos in ſe ſuſcipiens, deieciſſet, caſtrumque Tuitienſe ſolo adæquaſſet,traducto in Galliam exercitu,Lutetiam Pariſiorum inuaſit,&inde inter cætera ſpolia, Regij palatij pauimẽtum,quod in choro huius templi ſtrauit, ſecum aſportauit,vbi prius ex ruderibus & ſaxis deſtructi pontis, hanc Eccleſiam conſtruxiſſet. Naturæ tandem cõcedens pius præſul in eodem hoc Templo, ſub ſumma Chori ara ſepultus, quieſcit in pace.Cuius tale Epitaphium.

Fundite corda preces lacrymoſas mittite voces
Ecce pater patriæ conditus in Silice.
Regia progenies,terras memoranda per omnes
Bruno pacificus:vir bonus atque pius
Archos Antiſtes;cui clara colonia ſedes:
Viſus erat cunctis charus vbique bonis.
Offendit tenebras lux viuaciſsima tetras,
Inuida lingua tacet:laus modo vera placet.
Non fuit hic mundus, tam raro munere dignus,
Raptus ab hoc nauo iam fruitur domino.
Idus Octobris quinto præſul duodenus
Vita conceſsit:ſpes comes alma fuit.

Plura de eo,vt ſc. 965. anno ex humanis interceſſione B.Pauli Apoſtoli,ad cœleſtia

leſtia pius Paſtor & SS. reliquiarum ſolicitus conquiſitor, aſſumptus ſit, apud Baronium lector inueniet. Dotatum eſt hoc Templum ab Imperatrice Ottonis 2. conſorte Theophania larga munificẽtia. Hæc cum S. Albani corpus Anno 991. Roma Coloniam transferens, Sancti Geruaſij & Prothaſij Templo huic, olim ſic vocato, nunc S. Panthaleoni ſacro donaſſet; veniens ex itinere Moguntiam, ad differẽtiam Moguntinenſis Albani, de conſilio eius loci Epiſcopi, hunc Albinũ, qui ſub Diocletiano, Anno 286. Menſe Iunij 22. paſſus eſt, vocauit; cuius caput cum carne & ſanguine, ad præſentem vſque diem ita integrum conſpicitur (oculato teſte me) ac ſi pridem carnificis gladio amputatum eſſet. Quod ne cui fabuloſum uideatur, abs re non erit idipſum grauiſſimis teſtimonijs conſolidandum fuſius in medium adferre.

Tom. 10. Annal. ſub Anno Chriſti 965.

Molanus hac die.

In primis de hoc Martyre, natione Britanno (qui in ciuitate Verolamio, ex ſola cauſa, quod Clericum quẽdam adhuc paganus hoſpitio ſuſceperat, diris verberibus ac tandem gladio percuſſus fuit, cum quo & vnus de militibus, qui eum ad ſupplicium ducens ferire iuſſus recuſauit, paſſus eſt) mentionem facit presbyter fortunatus hoc verſu:

Alba-

in ea ſemper permanſiſſe. Ea occaſione is, qui per id tempus apud S. Panthaleonem Abbatis fungebatur officio, communicato cum fratribus ſui Monaſterij conſilio, cum ſacræ B. Martyris reliquiæ, iam trecentis & quinquaginta annis in ipſorum Eccleſia quieuiſſent, atque ab ipſius martyrio 1000. & eo amplius anni fluxiſſent, ad loculum cum ingenti deuotione & reuerentia acceſſit, eoque aperto videt ipſe, vident & cæteri fratres non ſine multa admiratione, multisque lacrymis magno omnipotentis Dei virtute clariſſimi Martyris corpus tot ſeculis incorruptum conſeruari, lætanturque ſingulari Dei beneficio, tanti Theſauri ſe compotes fieri poſſe. Vt autem certius de rei veritate conſtaret, & fidelium deuotio excitaretur, è loculo venerandas extulêre reliquias, & vt Deus laudaretur in Sancto ſuo, publicè eas adſpectandas propoſuêre, ac deinde in Thecam aliam, auro argentoque & lapidibus pretioſis, quantum eorum ſinebant facultates, ornatam repoſuêre, in qua hodieque reſeruantur. Tam autem recentes videbantur, ac ſi non ita pridem pro Chriſto cæſus eſſet inclytus Martyr. Caput enim cum barba, ceruicem etiamnum ſanguinolentam, brachia & manus, ſcapulaſque pelle

& car-

autem pro nouella plantatione Benedicti-na anguſtus, & magnis meritis magni Præ-ſulis impar. Ruit ergo ſolotenus, pijſſimo diuinæ potentiæ effectu, ſine familiaris rei damno; & ſui ruina occaſionē editioris fa-bricæ præbuit. Dum ergo lucerna ardens, S. puto Maurinus, ſub modio ita diſponen-te Deo diutius latere non poſſet, dum po-nēdo fundamento pro reſtauratione col-lapſi oratorij, terra effoditur, loculus inue-nitur, qui Brunoni manū conferret, & in altero latere Panthaleoni aſtaret. Lapis ve-rò loculum claudēs S. Maurini, nomine, officio, Martyrij eius die ac loco inſcript⁹ fuit in hæc verba:

Hic requieſcunt oſſa bonæ memoriæ Maurini Abbatis, qui in atrio Eccleſiæ martyriū pertulit ſub die 4. idus Iunij.

Huius fortiſſimi crucis ſuæ ſigniferi Chri-ſtus, chara ſibi merita, per crebra virtutum opera, mundo in corporis eius inuentione abundè declarauit. Nece nō ipſi, ſed B. Prę-iecto Auernorum epiſcopo, in vindictam cuiuſdā ob illata Auernenſi Eccleſiæ mala ab Hilderico Francorum Rege interem-pti, intentatam, ideoq; per errorē ipſe pri-mo, poſt verò & B. Proiectus occiſus eſt, vti Trithemius lib. 3. de Viris Illuſtr. Ord. S. Benedicti, c. 134. Vindicatores iſtos & lo-cum Martyrij non ſatis exprimens, refert,

Duo hæc corpora ſequitur caput S. Panthaleonis Medici Nicomediæ ſub Maximiano Imperatore 27. Iulij paſſi, qui pro fide Chriſti tentus, & equulei pęna, ac lampadarũ exuſtione cruciatus, ſed inter hæc Domino ſibi apparente refrigeratus, tandem ictu gladij Martyriũ conſummauit.

Item pars capitis S. Quirini Tribuni Romę ſub Traiano 30. Martij ob Chriſti confeſſionem, linguę abſciſionem, equulei ſuſpenſionem, manuumque ac pedum truncationem paſſi, cuius corpus Noueſij requieſcit. *Martyr. Rom.*

Item brachium S. Bartholomæi Apoſtoli, qui in India Chriſti Euãgelium prædicauit, inde in maiorem Armeniam profectus, cùm ibi plurimos ad fidem conuertiſſet, viuus à Barbaris decoriatus eſt, eius ſacrum corpus modò Romæ veneratur. *Martyr. Rom.*

In hoc Monaſterio etiam paſſus eſt, S. Reinoldus Martyr, qui cum opificibus & fabris murarijs in ſtructura huius templi eſſet præfectus, & Mechanicos ſegniores ad labores vrſiſſet, exinde offenſas eorum incurrẽs, ab iiſdem in foſſam vrbis aquariam occultè pręcipitatus eſt, miraculosè tandẽ innoteſcens: Nam cũ cęca quædam, ibidem ſe caſu lauiſſet, ſimul ac recuperato viſu, corpus ſancti in aqua ſupernatare vidit. Fuit ex familia Caroli Magni,

miles

miles primo, poſt Ordinis S. Benedicti Monachus, cuius corpus à S. Annone Træmonium tranſlatum fuit.

Sed & ſepulta in hoc Templo iacet beatæ memoriæ Mathildis Imperatoris Ottonis primi Mater, humilitatis & patientiæ ſpeculum, quæ quotidiè integrum pſalterium ante Matutinas legere conſueuit. Dedicatio huius Templi occurrit Dominica Exaudi.

XIII. ECCLESIA S. MARTINI *Maioris, Cœnobitica virorum Ordinis S. Benedicti 2.*

Baſilica hæc à VVarino Epiſcopo Colonienſi 28. ſub Otthone eius nominis ſecundo Romanorum Imperatore prima fundatione, Nationi Scoticæ, (quod nunc in deſuetudinem venit) aſſignata eſt: Qui tandem habitu S. Benedicti aſſumpto, ibidem ſepultus iacet. Sita eſt hæc Ordinis S. Benedicti Abbatia ad forum & macellum vrbis, vbi omnis ciuium negociatio concurrit. In qua fratres ſatis anguſtè habitantes cultui diuino in Eccleſia ſua pulcherrimis ornamentis & ſanctorum reliquijs conſpicua diligentiſſimè incumbunt.

Horum duorum Monaſteriorum ordo, cùm ſit cæteris penè omnibus antiqui-

or tempore, authoritateque ſtabilior, non æſtimandus eſt, illuſtribus ab olim vnquā caruiſſe viris, qui vita & doctrina ſanctam illuſtrarunt Eccleſiam. S. namque Benedictus, à quo nomen benedictionis, Ordo iſte hæreditauit, & normam religiosè viuendi tanquam à patre & duce Monachorum accepit, non tam genere (quippe cuius pater Iuſtiniani Imper. nepos Comes Nurſenſis, mater verò Marchioniſſa Mōteferrarienſis, fuerunt) quam ſanctimonia clariſſimus fuit. Scripſit hic S. montis Caſſini 34. annorum ſpatio Abbas, regulam omni diſcretione præcipuam, & ſermone luculentam. Sed & palmites ſuos atque propagines vſque ad mare & in longinquum extendit. Fide firmus fuit, ſpe robuſtus, gemina charitate feruidus. Cuius conuerſionē admirandam ſi quis plenius noſſe deſiderat, 2. librum Dialogor. B. Gregorij Papæ legat. Natus eſt hic Monachorum Legifer anno 480. factus Monachus, anno 14. Vita verò functus 542. ætatis ſuæ 62. die Martij 21. ſicque abindè Ordo iſte valdè multiplicari, & vſque in longiſſimas terrarum prouincias extendi cœpit. Nam vt Trithemius refert, numerus ordinis S. Benedicti, Abbatiarum, vltra quindecim millia extenditur. Hæc ſi Monachorum Oſoribus videbuntur incredi-

Lib. 1. ca. de illuſt. viris Or. S. Bened.

credibilia, hiſtorias veterum legant, geſta tranſacti temporis maximè Thomæ Bocij de Notis Eccleſiæ libros reuoluant, & in ſola Moguntina prouincia 124. Abatias reperient: Ita vt fratres in ordine iſto degentes, maximè primis 700. annis non ſolum ſanctitate, verùm etiam doctrina, Eccleſiam Dei ſuſtentarint. Neque parum hunc ordinem commendat, quod diuerſorum aliorum ordinum principes, S. Benedicti regulam, ſtatutis duntaxat ſingularibus nonnullis huic tanquam ſecuriori appoſitis, profitentes, colla eidem humiliter ſubmittere voluerint; vt ſunt: Ordo Ciſtercienſis, Ordo S. VVilhelmi, Ordo Scotorum, Ordo Cœleſtinorum, Ordo Gamalduenſis, Ordo S. Pauli I. Eremitæ &c. adhuc plurimi. Porrò quot viris in Sãctorum Catalogũ relatis, Glorioſus Deus, hunc ordinem condecorarit, temporibus Ioannis Papæ XXII. ex Annalibus ſummorum Pontificum, & hiſtorijs veterum, reperti ſunt de ordine S. Benedicti, Canoniſati, quindecim millia quingẽti & quinquaginta nouem. Quid ſi quis tam dignitate quam eruditione præcellentes viros qui ex hoc ordine prodierint requirat, certè nec hac in parte ſub modio delituit, ſed ſupra candelabrum Eccleſiæ exaltatus eſt, vt lumen fidelibus præberet: vtpotè de

eo Summi Pontifices Romani fuerunt 18. Cardinales 184. Archiepiſcopi 1564. Epiſcopi 3512. qui omnes Anno 1417. numerati ſunt. Quod ad Doctores & Scriptores attinet, illorum infinitus eſt numerus, quem tamen ſi quis determinatum ſcire auet, omnes 4. libros Trithem. de Ordinis S. Benedicti viris Illuſtribus legat. De hoc vitæ genere quid Chriſtus ſentiat, teſtantur inprimis diuinæ ampliſſimæque promiſſiones, quę partim in Prophetis, partim in Euangelijs exſtāt, quibus Iſaiæ 56. Matthæi 19. Marci 10. Lucæ 18. centuplum in hoc ſeculo, ſedes honoraria in Iudicio extremo, locus & nomen in regno cœlorum maius atque nobilius promittitur. Quantæ igitur & quam proiectæ eſt audaciæ, S. Inſtituta à Deo ipſo, etiam ſignis & prodigijs approbata & confirmata, animis obfirmatis contemnere, improbare, reijcere, conſpuere, lacerare? Nam, quin poſt Apoſtolorum tempora totius orbis iudicio, ſplendore ſignorum, ſemper clariſſimi habiti ſint, Antonius ille Magnus, vterque Macharius, Hilarion, Baſilius, Auguſtinus, Benedictus, Bernhardus, Franciſcus, Dominicus &c. nemo non videt, nedum quod hæc ipſa illorum inſtituta, longè antè Helias & Ioannes adumbrarunt, Chriſtus conſuluit, Apoſtoli coluerunt, & Sancti
ferè

ferè omnes adamarunt, ita vt Sanctis Martyribus exceptis, rari in numerũ Sanctorum relati legantur, qui non ex Monaſterijs prodierint. Inter cæteras huius Baſilicæ præclaras reliquias corpus S. Eliphij Martyris, quod ibidem in pretioſa Tumba conſeruatur, primatum tenet. Floruit is ſecundum ſeculi dignitatem glorioſus in vrbe Tullenſi, quæ ciuitas eſt Galliarum, ea tempeſtate, qua impius apoſtata Iulianus Romanum turbauit Imperium. Igitur à perfidis Iudæis & paganis, quibus Chriſtum conſtanter prædicabat, compræhenſus iuſſu Tyranni 16. Octobr. capite truncatus Martyr ſeſe erexit, & ambabus amplexus manibus caput per vnum milliare, comitantibus vtique Angelis ad montem, in quo ſepeliri elegerat, deportauit: Quem ſubiens, ſuper lapidem planum mox concauum Martyri ſubſellium præbẽtem ſeſe repoſuit. Ibidem etiam reuerenter aſſeruatur Caput S. Pinnoſæ, Reginæ ex ſocietate S. Vrſulę. Et currit dedicatio Templi Dominica Exaudi.

Caniſius in Mart. fol. 314.

XIV. ECCLESIA S. CORDVLAE, Cœnobitica virorum Ioannitarum 3.

ANno Domini 1263. ab ordine Ioannitarum mediantibus piorum hominum

minum eleemoſynis ædificari cœpta, anno 1427. finita in præſentem formam excreſcens, ſub patrocinio S. Ioannis Baptiſtę fundata eſt, vulgo ideo ad S. Cordulam nuncupatur, eo quod corpus eiuſdem virginis, in medio Eccleſiæ, eleuata lapidea Tumba, vnà cum alterius cuiuſdam de ſocietate S. Vrſulæ, virginis nomine Conſtantiæ, corpore ſit reconditum primo in pomario eiuſdem Monaſterij, ceu Martyrij loco, quadratis ſaxis in rei memoriam ſcpto, inuentū, poſt verò in ipſam Eccleſiā ab Alberto magno anno 1278. translatum.

Virgo hęc ex ſocietate S. Vrſulæ, Regina cum cæteris pro Chriſto agonizātibus, vna nocte deliteſcendo ſuperuixiſſet; altero die morti, quam prius expaueſcebat, conſtanter ſeſe offerés, triumphales cateruas, cū pari Martyrij gloria ſubſecuta eſt, dilata non reprobata, cuius feſtus dies poſtridie S. Vrſulæ celebratur. Sciendum eſt duas fuiſſe Cordulas. Prior Comitis Quirini filia, & hęc prima poſt Pinnoſam, tertia verò in ordine principalium. Ad quam poſt Pinnoſam ſpectabat totius virginalis exercitus diſpoſitio, & hæc fuit vera quę in naui latuit Cordula. Nec obſtat quod Comitis fuiſſe dicata filia, cùm nihilominus à ſuis ſibi ſubiectis mille virginibus, ſicut & reliquæ principales Regina vocata fuerit, & ha-

Canisius in Mart. 22. die Octob.

& habita. Poſterior Auiti regis filia fuit, & hæc in ordine principalium ſexta. Ambæ martyrium ſunt paſſæ, hæc prima die cum reliquis, illa ſequenti die in naui deliteſcēs ſola. Harū prior apud Ioannitas, poſterior ad S. Vrſulam requieſcit, vti ex libro in pergameno ibidem manu ſcripto claret. Succedentibus temporibus exorta eſt lis, apud quosnam eſſet Cordula quæ in naui latuit; quæ vt cōponeretur, ita concordarunt inter ſe. Cuiuſcunq; Cordula in medio anno prius ſignis coruſcaret, illa eſſet vera Cordula dicenda. Tranſactis ergo tribus menſibus, matrona quędam prępobilis in Hollandia graui detinebatur infirmitate; Reuoluens itaque bonum eſſe in Deo ponere ſpem ſuam, & ſanctis eius, perſuaſione cuiuſdam matronæ deuotæ S. Cordulæ coronam repromiſit, ſi illius precibus ſanitatē conſequeretur, quam dum nouit immediatè reſtituta eſt priſtinæ valetudini. Prędicta matrona conſiderans ſe ex voto quod fecerat ad B. Cordulam, ſanitatem conſecutam, miſit Coloniam pretioſam coronā, qua hodierna die pretioſum virginale caput adornatur. Commendator lætificatus de præſentatione Coronæ, tulit eam ad Dominam SS. Virginum, narrato ſibi facto per ordinem. Quę dixit ſe verbis ipſius habere fidem, & de materia contentionis

ceſſare velle. Quę ex hiſtoria de S. Cordula in ambitu Ioannitarum depicta, verbotenus deſumpta ſunt.

Cęterum hi Ioannitę, antiquitus fratres pręceptorię Hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani, vulgo Rhodiſſer Herren/ omnes olim ex ſocietate Melitenſium nobiles, nunc intra Coloniam ſacerdotes ſimplices, tria ſubſtantialia vota emittentes crucem albam in pallio nigro gerunt, horasque Canonicas omnes in Eccleſia bene ornata, varijsque reliquijs condecorata, aſsiduè decantant. Atque inter cęteras potiores ſunt.

Notabilis pars de Sancta cruce.

Duæ ſpinæ de corona Domini.

Peplũ, quo corpus Deiparæ Virginis Marię in ſepulchro coopertum fuit, ante 40. annos à furibus intempeſta nocte per effractos ſacriſtię cancellos ablatum eſt.

De Cruore & Capillis S. Ioannis Baptiſtę.

Duo dentes S. Stephani protomartyris, qui Hieroſolymis à Iudęis non longè poſt aſcenſionem Domini 26 Decembris lapidatus eſt, orans pro perſecutoribus ac dicens: Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum &c.

Duo brachia ex ſocietate 1000. martyrũ.

Brachium dextrum S. Margarethæ virginis & martyris, cum carne, neruis, digitis

tis & vnguibus vti ipſe oculis inſpexi. Paſſa eſt apud Antiochiam pro Chriſti nomine, vincula, carceres, flagella, equuleum, quam & diabolus in draconis ſpecie tentans, ad vltimum per ſignum crucis ſuperatus eſt; Nouiſſimo verò per præfectum Olybriũ decollata, cuius feſtus dies 20. Iulij quotannis celebratur.

Caput S. Florentinæ, S. Vrſulæ ſororis.

Digitus S. Barbaræ.

Dens S. Vrſulæ.

Vertebra vna ſpinæ dorſi de S. Laurentio.

De pilis S. Mariæ Magdalenæ.

De pede & oleo S. Catharinæ.

De capite S. Gregorij Papæ Doctoris Eccleſiæ, qui ob res præclarè geſtas, atq; Anglos ad Chriſti fidẽ à ſe conuerſos magnus dictus eſt, & Anglorũ Apoſtolus appellatus, cuius feſtum 12. Martij Eccleſia colit.

Templi verò dedicatio currit annuè in feſto SS. Coſmæ & Damiani.

XV. ECCLESIA MILITARIS ORdinis Dominorum Teutonicorum S. Catharinæ virgini & martyri dicata.

DE hac Eccleſia dicturus, facere non poſſum, quin prius explicẽ originẽ, & incremẽta ordinis Militaris, qui dicitur Teutonicorum S. Mariæ. Igitur hic ſacræ Militiæ ordo inſtitutus eſt Hieroſolymis circi-

Polydor. Virg. l. 7. de inuẽt. rerũ c. 5. Azor. li. 13. instit. mor. c. 6.

circiter annum humanæ ſalutis 1160. Nam eo tẽpore Germani aliquot, qui illuc Dominici ſepulchri viſendi gratia venerant, æmulati Italorum & Gallorum pietatem, à quibus pro excipiẽdis hoſpitio peregrinis, & pro tuenda armis religione duo militares Ordines; alter Hoſpitalariorum, aut S. Ioannis Baptiſtæ nominę appellatus, Anno 1106. alter Templariorum Militum (ſic dictus, quòd in parte ædium Templi habitarent) Anno 1118. creati erãt, Sacellum Deiparę Virgini dicatum, & hoſpitalem domũ ædificarunt ad accipiendos hoſpitio Germanos, & ad decertandum armis pro religione, cùm opus foret. Tum ex ſe magiſtro qui præeſſet optato, albo amicti sũt pallio, aſſuta ei nigra cruce, & ſubter nigra tunica, ſtatueruntq́; vt nemo niſi Teutonicus ſiue Germanus huius militiæ ſacris initietur, atque idem nobilibus ortus parẽtibus, & cui proponatur, vt aduerſus ſacratiſſimę crucis hoſtes paratus ſit omni tempore fortiter dimicare. Hęc fuit origo Militię Teutonicæ, quã poſtea Anno 1192. Cœleſtinus III. ſua auctoritatę confirmauit. Iſti poſt Ptolemaidẽ, quò ſe amiſſa Hieroſolymorum vrbe primùm receperant, in Syria à Saracenis occupatam, reuerſi in Germaniam, ſuo ductu & auſpicijs Pruſſiam ſubegẽre, ſubactam & iure belli quæſitam ſuæ ditionis

tionis fecêre; indigenas malorũ adhuc dæmonũ cultores Chriſtianæ religionis placitis imbuerunt. Erat ad Viſtulam fluuium quercus, vbi caſtellum conſtruxerunt, vnde oppidum frequens cultu adoleuit, Mariæburgum dictum, quod ſedes Magiſtri totius Ordinis fuit vſque ad annum 1527. (vt habet cuiuſdã Germani anonymi Chronicon, quo continuatur Palmerij vtriuſq;, videlicet, Florentini & Piſani Chronologia) vel ad annum 1525. vt refert Surius in ſuis Cõment. quo Albertus ex familia Marchionum Brandenburgenſium xxxiv. ordinis Magiſter Lutherani Euangelij philtro dementatus ducta vxore regis Polonorum filia, Magiſtri nomen in Ducis mutauit. Creuit adeò horum ſacrorum Teutonicorum Militum ordo, vt opes maximas Principum liberalitate ſint aſſecuti, ſeſeq; per Germaniam longè lateq; diffuderint, ædificatis paſſim caſtellis, domibus, & Eccleſijs. Inter eas non infimum locum obtinet magnificentiſſima domus quæ hîc Coloniæ propè Parochialem S. Ioannis Baptiſtæ ædem viſitur, & Eccleſia adiuncta, quæ circiter annum 1215. Deo Opt. Max. ac B. Catharinæ virgini & mart. conſecrata eſt ab Engelberto I. Archiep. Colon. ex familia Comitum de Monte oriundo. Perſoluunt in hac æde quotidie ſtatis horis diuinum

num officium ſedulò per ordinis ac habitus ſui profeſſos Sacellanos, & Sacerdotes. Aſſeruatur in ea præter alias diuorum reliquias, quas ſigillatim commemorare nimis longum foret, digitus dictæ ſanctiſſimæ Virginis & martyris olim ex Palæſtina per huius Inſtituti Milites allatus.

Nouatorum cauillationes, quibus contendunt, commentitia & fabuloſa eſſe, quæ de B. Catharina Eccleſiaſtici Annales referũt, immò eam nunquam in rerum natura fuiſſe, ingenioſè & accuratè refellit doctiſſimus Societatis Ieſu Theologus Iacobus Gretſerus lib. 2. de Peregrinat. c. 20.

Dedicatio huius Baſilicæ Domin. 2. poſt Paſcha annuè occurrit celebranda.

XVI. ECCLESIA AD CORPVS CHRIſti, Cœnobitica virorum Canonicorum Regularium quinta.

ANno 1423. opera cum primis cuiuſdam Ciuis Colon: Arnoldi Schilling, in præſentem formã, ex Sacello anno 1331. à Matrona quadam nomine Benigna (honeſti ciuis Colonienſis Henrici de Cuſino relicta vidua) & eius filio Brunone, cuius erat loci fundus, vinea puto, de expreſſo conſenſu D. Reinoldi Præpoſiti S. Gereonis, ac D. Matthiæ plebani S. Chriſtophori, ad vnius Sacerdotis ſuſtentationem

nē erecto atq; dotato ampliata, ac pro Canonicis Regul. S. Auguſt. fundata eſt. Occaſionē dicto Sacello prębēte Vinitore quodã, qui eo quo cōmunicauerat die lectulo affixus, mox quam valentiorē ſe reputans, lecto exiliuit in vinea antedicta deambulatum, appetitui indulgendo vuis ſe ingurgitauit, ac venerabile Sacramentũ in ſpecie pueruli euomuit, quemadmodũ in choro locus ipſe fidelium deuotioni adhuc factũ indicat, & ad longum Bredenbachius in ſacris ſuis collationibus lib. 1. cap. 8. editionis anni 1592. recenſet; quo lectorem plenius ſe de hoc illuſtri miraculo edoceri cupiētem, nimiam prolixitatem vitantes, remittimus, & ad rem geſtã, verbotenus deſcriptam ducatum prębemus. Ipſum aũt Miraculoſum Sacramentum, in proximã S. Gereonis Eccleſiam tum deportatum, in præſentem vſq; horam, ibidem reuerenter (vt prolixè ſub titulo iſtius Eccleſiæ egimus) aſſeruatur incluſum. Cuius rationem D. Thomas p. 3. q. 76. art. 8. vt Soaretz, & alias breuitatis cauſa prætereamus luculēter adfert. Eccleſiæ verò huius Reliquiæ hæ potiores ſunt.

Caput S. Loycæ Reginæ Antiochenæ.

Caput S. Eufraxiæ, eius filiæ, cognatæ S. Vrſulæ.

Caput S. Maximilianæ Reginæ ex Vngaria.

Caput

Caput S VValpurgis Reginæ.
Caput S. VVilhelmæ, filię Regis Dagoberti Britanni.
Caput S. Maurinæ, Reginæ de Mauritania.
Caput S. Euodiæ Inclytæ ſponſæ B. Manādri Militis nobiliſſimi.
Vertex S. Afrinæ, Cognatæ S. Vrſulæ, oēs ex ſocietate 11000. Virginum.

Porrò dedicatio Templi, in feſto S. Gereonis quotannis fit celebris.

XVII. ECCLESIA S. ANTONII,

Cœnobitica virorum Antonianorum 6.

ANno Dom. 1298. à VVigboldo Archiep. Col. ſub Patrocinio S. Antonij, prima fundatiōe pro ſolis Gallis, quod nunc in deſuetudinē venit, deputata fuit.

Antonitæ hi Chriſto militant ſub regula S. Auguſtini, Breuiario vtentes Romano, Cappas non gerūt, ſed honeſto vtuntur habitu ſacerdotali, habētes ſupra thalaros tunicas, longa rugis multis tenuiter complicata pallia. In pectorali verò S. Antonij crucem cæruleā, & epomides in humeris. Hāc familiā non minori beneuolentia & fauore, oēs ferè VVigboldi ſucceſſores proſecuti ſunt, omnia beneficia & priuilegia ordinis, à Ro. Pontif. & Impp. cōceſſa ſalua & inuiolata eſſe voluerunt. Fridericus autē à Sarwerden/pręter alia quę in Antonianos con-

contulit beneficia,cum nouum ex fundamento Templum,anno 1350. à Præceptore VVilhelmo cœptũ,& abs Theodorico ab Aushem eius ſucceſſore magnis ſumptibus perfectum audiuiſſet; Altaria Templi,perpetua beneficia ipſis fratribus& religioſis profeſſis conferenda eſſe voluit, vbi etiam hodie ad prædeceſſorum laudabilem conſuetudinem ad præſcriptum horæ canonicæ decantantur.

Inter varias reliquias ſacras,notabilem partem manus S. Antonij in peculiari Sacello eidem dicato, religioſè aſſeruant. Quondam morbido Antonij igne infecti homines, magnam ad reliquias iſtius S. Patris concurſum habuerunt; In quem finem in vico Eccleſiæ vicino, etiamnum certas & ſeparatas habent ædes hoſpitales; pro vt etiam in Eccleſiæ muro,ex oppoſito ſummi Altaris, Cancelli, per quos ex Infirmaria diuina audire & ſacram hoſtiam, videre poſſunt, indicant. Magnus iſte Antonius, ex nobili proſapia oriundus,patria Aegyptius, anno ætatis ſuæ 17. diſtributis inter pauperes facultatibꝰ ſuis, in eremum ſeceſſit, vbi contra dęmonum varias laruas ac grandes viriliter dimicando,factus eſt in toto orbe nominatiſſimꝰ; Qui & ſine vlla ſcientia literarum, ſcripturas diuinas,& memoriter audiendo in-

 tellexiſ-

tellexiſſe, & prudenter cogitando tenuiſſe prædicatur. Obijt innumerabilium Monachorum pater in Thebaida Anno domini 340. ætatis ſuæ 102. die 17. Ianuarij, cuius corpus nunc Viennæ in Gallijs ab Alexandria eo tranſlatum quieſcit.

Aug. lib. 8. Cõfeſ. cap. 6.

Sancti huius patris vitam per quendam S. Auguſtini cõciuem Afrum Potitianum nomine, affectuoſiſſimè narratam idem Auguſtinus ita inter cætera refert. Et erat (inquit) monaſterium Mediolani, plenum bonis fratribus, extra vrbis mœnia ſub Ambroſio nutritore, & non noueramus, pertédebat ille & loquebatur adhuc, & nos intenti tacebamus. Vnde incidit, vt diceret neſcio quando ſe & tres alios contubernales ſuos, nimirum apud Treuiros, cum Imperator pomeridiano Circenſium ſpectaculo teneretur, exiſſe deambulatum in hortos, muris contiguos, atque illic vt fortè combinati ſpaciabantur, vnum ſecum ſeorſum, & alios duos itidem ſeorſum, pariterque digreſſos. Sed illos vagabundos irruiſſe in quandá caſam vbi habitabant quidam ſerui tui ſpiritu pauperes, qualium eſt regnum cœlorum, & inueniſſe ibi codicé, in quo ſcripta erat vita Antonij Quam legere cœpit vnus eorum, & mirari & accendi, & inter legendum meditari arripere talem vitam, & reli-

relicta militia ſeculari ſeruire tibi. Erat autem ex eis quos dicunt agentes in rebus. Tunc ſubitò repletus amore ſancto, & ſobrio pudore, iratus ita ſibi, coniecit oculos in amicum, & ait illi: Dic quæſo te, omnibus iſtis laboribus noſtris, quo ambimus peruenire? Quid quærimus? Cuius rei cauſa militamus? Maiorne eſſe poterit ſpes noſtra in palatio, quam vt amici Imperatoris ſimus? Et ibi quid non fragile plerumque periculis? Et per quot pericula peruenitur ad grandius periculum? Et quamdiu iſtud erit? Amicus autem Dei ſi voluero, ecce nũc fio. Dixit hoc, & turbidus parturitione nouæ vitæ, reddidit oculos paginis & legebat, & mutabatur intus, vbi tu videbas, & exuebatur mundo mens eius vt mox apparuit. Namque dum legit, & voluit fluctus cordis ſui, infremuit aliquando & diſcreuit, decreuitq; meliora, iam iamque tuus, ait amico ſuo. Ego iam abrupi me ab illa ſpe noſtra, & Deo ſeruire ſtatui, & hoc ex hora hac, in hoc loco aggredior, te ſi piget imitari, noli aduerſari. Reſpondit ille, adhærere ſe ſocio, tantæ mercedis, tantæque militiæ. Et ambo iam tui ædificabant turrim ſumptu idoneo relinquendi omnia & ſequendi te. Tum Potitianus & qui cum eo per alias horti partes deambulabant quæ-

rentes eos, deuenerunt in eundem locum, & inuenientes admonuerunt, vt redirẽt, quoniam declinaſſet dies. At illi narrato placito, & propoſito ſuo, quoque modo in eis talis volũtas, orta eſſet atque firmata petiuerunt, ne ſibi moleſti eſſent, ſi adiũgi recuſarent. Iſti autem nihilo mutati à priſtinis, fleuerunt, ſe tamẽ, vt dicebat, atque illis pie congratulati ſunt, & commẽdauerunt ſe orationibus eorum, & trahẽtes cor in terram abierunt in palatium. Illi autem affigentes cor cœlo, manſerunt in caſa. Et ambo habebant ſponſas. Quæ poſteaquam hoc audierunt, dicauerunt ipſę etiam virginitatem tibi. Narrabat hęc Potitianus. Et huc vſque Auguſtinus loco præallegato, quo vitandæ prolixitatis cauſa, lectorem integræ narrationis cupidum remittentes, modo hanc Baſilicam cuius dedicatio prima Dominica poſt feſtum S. Michaelis annue currit celebranda, finimus.

OCTAVADECIMA ECCLESIA AD S. CRVCEM, COENOBItica virorum Cruciferorum ſeptima.

ANno Domini 1307. circiter ſub Henrico de Virnenburg 54. Archiepiſ-

chiepiſcopo Colonienſi partim Nouitiorum patrimonijs, partim fidelium Eleemoſynis in honorẽ S. Crucis, Templum hoc Fratrum Cruciferorum erectum eſt.

Ordo hic tempore Inuentionis S. Crucis, à S. Helena excitatus ſurrexit, poſtea 1215. ſub regula S. Auguſtini ab Innocẽtio Papa tertio approbatus & confirmatus; Ac Anno 1458. ab Innocentio quarto & Pio ſecundo Pontificibus Romanis reformatus. Perſonæ ordinis geſtant in pectorali nigræ cucullæ crucem, partim albam, partim rubeam, ſanguinis & aquæ de Chriſti latere effuſionem per eam ſignificantes. Dedicationem Baſilicæ celebrant annuè Dominica ſecunda poſt paſcha.

NONADECIMA ECCLESIA
S. AVGVSTINI COENOBITICA
virorum Auguſtinianorum octaua.

ANno 1165. à Patritijs Coloniẽſibus ſub Patrocinio S. Auguſtini, fundata, religioſis tituli Eremitarum S. Auguſtini, vt ex Chronicis eiuſdem ordinis, & Ioanne Azorio Societatis Ieſu Theologo conſtat, aſſignata eſt. Inter multas & præclaras SS. Reliquias huius Baſilicæ, principem locum tenet, dimidia pars Sacramẽti *Lib. 12. Inſtit. moral. cap. 25. Tom. 1.*

miraculoſi quæ ex ciuitate Zelandiæ Middelburg(olim Archiepiſcopatui Coloniēſi ſubiecta)Coloniā indictorū fratrū Eccleſiā trāſlata,in cruce ſumptuoſiſſima cōtēta nūc colitur. Vt aūt totū cōtigerit,ita à Venerabili patre eius Monaſterij priore D.Nicolao Nothæno accepi. Anno 1374. quidā Adoleſcēs cui nomē Ioānes à Colonia Middelburgi cuidā nobili ac religioſę matronæ famulabatur vitæ diſſolutæ homo.Sæpius ergo de meliori vita aſſumēda ab ea incaſſum admonitus,cū tandē in paſchate confeſſionē ſimulans cōmunicaſſet, venerabile Sacramentū ilicò conuerſum, carnis ſpeciē induit, atq; ex maſticātis ore tres ſanguinis guttas in mappam quę communicantibus anteponitur ſtillauit. Aſſeruatis igitur inter ſacras reliquias ſpeciebus illis, illoque pœnitente & in virum alium conuerſo; ſacrum illud pignus tam diu remāſit Middelburgi,donec Coloniam Archiepiſcopi iuſſu in Eccleſiam S. Auguſtini,ad inſtantiā prioris optime de eo meriti,pro præmio, reconditū fuit, ad cui⁹ aduentū omnes thecæ reliquiarū in Eccleſia Auguſtinianorum vltro citroque ſeſe referantes ita apertæ, tantis reliquijs reuerentiam quaſi exhibendo, primas detulerunt inter ſe collocandis,præſtolabundæ. Et licet Sacramentales reliquiæ hæ multis

tis prodigijs claruerint, magnamq́; populi deuotionem excitarint, ſingulare tamen quid accidit, quando ijs V. P. F. Ioannes Gheeſt Prior Monaſterij Louanienſis in Brabantia affectus, partem aliquam ſibi dari petijt. Cum etenim quantumuis maſticatæ nondum diuiſæ eſſent ſpecies, viſum fuit, eas non ferro diuidere, ſed rem totam ieiunijs & obſecrationibus Deo committere, quibus integro triduo probè obſeruatis ſpecies illæ dentium veſtigia retinentes, ſine vlla humana ope ſeparatæ, parte Coloniæ relicta, præfato Louanienſi priori, cum tribus guttis ſanguinis in linteum delapſis, conceſſæ ſunt. A quo tempore, tam Coloniæ quam Louanij confraternitas Tituli Venerabilis Sacramenti inſtituta fuit, crebris vtrobique miraculis eã excitãtibus, pro vt hæc literis Louanij erectis in Archiuo Monaſterij F. Eremitarum ordinis S. Auguſtini, recluſis, latius declarantur.

Alteram apud Auguſtinianos quædam Diuæ V. ſculpta imago, non procul ab introitu templi ante Sacellum S. Vincentij poſita, miraculis clara, Confraternitatem, multorum Epiſcoporum literis confirmatam, eorundemque ampliſſimis dotatam indulgentijs, ſubdictæ matris M. Auſpicio, in populo excitauit,

 quà

quæ in hanc vſque diem literis deſuper e-
rectis perſeuerat.

Tertia apud Auguſtinianos Confraternitas, ſub honore S. Sebaſtiani à Chriſti fidelibus inſtituta, numero & dignitate perſonarum inter cæteras facile princeps, initium ſumpſit ex donatione inferioris S. Sebaſtiani mandibulæ, quam huic Baſilicæ, Illuſtris & auratus eques D. Theodorus von Hirß / Anno 1269. aſſignauit, vti ex monumentis familiæ ipſius conſtat. S. hic Martyr Sebaſtianus, cum haberet principatum primæ cohortis, iuſſus eſt ſub titulo Chriſtianitatis à Diocletiano Imperatore in medio campo ligari, ac ſagittari à militibus, & ad vltimum donec deficeret fuſtigari, cuius feſtum Romæ ad Catacumbas, vbi corpus eius honorificè aſſeruatur, 20. Ianuarij à fidelibus peragitur. Templi verò huius Dedicatio anniuerſaria ſemper celebratur Dominica poſt S. Georgij.

Caniſius hac die.

VIGESIMA ECCLESIA AD S. CRVCEM COENOBITICA virorum Dominicanorum nona.

PRimitus Chriſti fidelium Eleemoſynis ſub titulo S. Crucis erecta, & tem-

temporis tractu Fratribus Dominicanis aſſignata fuit, cuius anguſtum & collapſum chorũ, Albertus magnus, auxilio Magiſtratus auguſtiori forma reparauit. Religioſi inibi communiter triginta, tam externis ornamentis, quam aſſiduo diuino cultu, egregiè & decenter exornãdo, magnam populi deuotionem excitant, quæ quotidiana fidelium frequentia, maximè feſtiuis diebus in completorio conſpicitur. Sed & literarum ſtudijs tantoperè incumbũt, vt opinione hominum D. Thomæ (cuius doctrinam per omnia ſequuntur) precibus & meritis apud Dominum, totius ſapientiæ fontem, ſingulariter adiuuari credantur.

Fraternitatis inſuper amatores quanti ſint, tot congregationes ab ijſdem in Dei laudem inſtitutæ, & ſuperiorum authoritate confirmatæ, non ſine ingenti animarum lucro, quod Diuina opitulante clementia quotidie faciunt, de ijs manifeſtè perhibent. Hinc propter alias, vt de S. Nomine Ieſu, de S. Sebaſtiano principem ſeu antiquitatis locum ſibi vendicat B. M. V. Anno 1475. authoritate ſummi Pontificis incepta ſodalitas, poſteriori tempore ad P. P. Societatis Ieſu quoque deriuata.

Templũ hoc prçſtãtiſſimas eaſq; multas habet reliquias ſacras. Inter quas principatum tenet. I 5 Magna

Magna pars de S. cruce, quam Albertus magnus ter in igne probatam ex collo geſtauit. Is in medio chori ante ſummum altare ſepultus, Anno 1483. in Epiſcopalibus adhuc incorruptis inuentus eſt; Scriptis dum viueret, Theologicis, Mathematicis, Phyſicis, & Ethicis clarus, ac D. Thomę in Theologia & Philoſophia Magiſter tam profundus, vt ob raram omnifariam doctrinam Magnus cognominatus fuerit: Qui vbi cum Epiſcopatum Ratisbonenſem magno ęre alieno liberaſſet, curam illius & dignitatē liberè deponens, Coloniam ad cōuentus ſui ſcholas rediit, ibidemq; anno ætatis 87. ſalutis verò humanæ MCCLXXX. migrauit ad Chriſtū.

Nouerit haud dubiè lector, vti huic S. viro libellus quidā de ſecretis mulierū aſcribatur; Aſt quia meridiana luce clarius euadit ex mera inuidia & odio hæreticorum, quibus oēs monachos apud ſingulos homines exoſos facere conātur, id eſſe cōfictū, in confutandis talibus ſomnijs, nolo me multum defatigare. Mentiuntur enim quod aliquot annis obſtetricis munere extra monaſteriū in habitu muliebri, ſit functus, cū ab ingreſſu religionis, vſq; ad dies vitæ, ſemper in domibus ordinis (Epiſcopali reſidentia excepta) pedē fixerit, quod certiſſimis grauiſſimorū virorū, teſtimonijs

ſtimonijs cóprobari poteſt, ita vt omnib⁹ & ſingulis innoteſcere cupiamus, dictũ libellũ, ſicuti falſo, Alberto imputatũ, ita & ſub eius nomine omnino prohibitũ eſſe.

Sunt prçterea in hac Baſilica 300. corpora Sanctarum virginũ ex ſocietate S. Vrſulæ, inter quæ vnum eſt S. Vndelinæ vnius ex vndecim Reginis capitalibus virginibus: Quç omnia huic monaſterio dedit V. Domina Abbatiſſa von Weſterborg.

Item adhuc duo capita de eadẽ ſocietate, quorum prius eſt, cuiuſdam Patriarchç ex Græcia nomine Caſſiani, & alterũ vni⁹ Virg. Reginæ nomine Clemẽtiæ, ex dictis iſtis vndecim capitalibus cæteris prælatis.

Item caput vnum ex ſocietate S. Mauritij 6666. militum Thebeorum, qui ſub Maximiano Imperatore in Gallijs ciuitate Seduno, loco Agauno 22. Septembris pro Chriſto paſſi, glorioſiſſimè coronati ſunt. *Mart. Moland hac die.*

Item mandibula Caliſti Papç & Martyris, qui Alexãdri Imperatoris iuſſu 14. die Octo. fame diu cruciatus, in carcere quotidie cæſus, tandem è feneſtra domus in qua cuſtodiebatur, præcipitatus, atque in puteum demerſus, victoriæ triumphum promeruit. *Mart. Baron. hac die.*

Item digitus S. Annç Matris, Chriſti Auiæ, adhuc carne & cute amictus.

Item articulus indicis Sancti Ioannis Bapti-

Baptiſtę,& præcurſoris Domini,quo mũdi ſaluatorem Chriſtum inter natos mulierum maximus propheta,indicauit.

Item coſta vna D. Thomæ Aquinatis Doctoris Eccleſiæ angelici,ac vitæ ſanctitate planè illuſtris, qui cum inuitis parẽtibus Comitibus ordinẽ S.Dominici,innocẽtia adhuc præditus Baptiſmali intraſſet, eãdem perpetuò retinẽs,ſecũ ex hac mortalitate ſumpſit;ita dum viueret,orationibus vacans,vt plus orando quam ſtudẽdo in literis profeciſſe celebri ſermone feratur,obijt anno ætatis 49. ſalutis verò humanæ 1274. in Campaniæ ciuitate Tarracina,vbi nunc in monaſterio foſſæ nouæ ſepultus , quotannis 7. Martij feſtiuè à Chriſti fidelibus colitur.

Caniſius in Mart. hac die.

Item coſta vna S. Catharinæ Senenſis Virginis ſanè admirabilis Hæc de ciuitate Senenſi oriunda in adoleſcentia ſua habitum S.Dominici aſſumens,ac crebris miraculis clarens, anno ætatis 33.ſalutis verò humanæ 1380.die 29.Aprilis Romæ quieuit,vbi nũc in Eccleſia S.Mariæ ſuper Mineruam ſepulta,ac 1461.à Pio 2. Pontifice in SS.numerum relata, natali eius in diem 6.Maij tranſlata honoratur . Vſa eſt dum viueret,tam mira Chriſti familiaritate, vt non ſolum horas cum illa Dominus gereret, ſed & SS. ſtigmata ſua eidem imprimeret,

meret, vti hæc & his ſimilia R. P. Stephanus Senenſis, Prior Cartuſiæ Ticinenſis (qui ante religionis ingreſſum virginis & amanuenſis & indiuiduus omnium itinerum comes fuit) ſolenni iuramento oculatus teſtis fidem facit, Clemente octauo Romano Pontifice publica Bulla id confirmante. *Vide Tom. 2. Lippel. fol. 369.*

Item pars capitis S. Virginis Petronillæ D. Petri Apoſtoli filiæ, quæ Flauij nobilis viri coniugium ſpernens, acceptis triduanis ad deliberandum inducijs, interim ieiunijs & orationibus vacãs, tertia die mox vt Chriſti ſacramenta accepit, emiſit ſpiritũ, Romæ die 31. Maij. Dedicatio Templi huius anniuerſaria, Dominica prima poſt octauam S. Petri & Pauli Apoſtolorum peragitur. *Mart. Rom. hac die.*

VIGESIMAPRIMA ECCLESIA AD B. V. M. COENOBITICA virorum Carmelitarum Decima.

ECcleſiæ huius primus fundator extitit è nobili genere Bruno quidam acerrimus contra Saracenos miles Aſię victor, Bernhoff cognominatus; qui anno 1098 viros de monte Carmeli (de quibus Ioſephus Antiochenus libro de perfecta militia

militia primitiuæ Eccleſiæ capite 12. diſertè ſcribit dicẽs:Perfectorũ militũ Chriſti, Apoſtolorum coadiutores ſurrexerũt ſtrenuiſſimi, viri ſolitarij,contẽplatione dediti, Sanctorum prophetarum Eliæ & Heliſæi ſequaces: qui de monte Carmeli deſcendentes, per Galilæam, Samariam,& Iudæam fidem Chriſti conſtãtiſſimè ſparſerunt, quique in M. V. honorem,in montis Carmeli de cliuio, Oratorium fabricantes ſaluatoris Matri ſpecialiſſimè ſeruierunt.) Coloniam ſecũ deducens,vtramque hanc Eccleſiam, lapidum ſc.congeriẽ,& viua S.Spiritus Templa vti verſus in hoc PP.Carmelitarum conuẽtu, vbi Ordinis auſpiciũ pulcherrimis figuris depictũ videre eſt,in hæc verba prodijt;

Victores Aſiæ patria plerią; petentes
E ſacro ſecum monte tulere viros.
Miles Agrippinam deductũ Bruno reuerſis
Atria fundauit auſpica noſtra Deo.

Anno itaq; 1433. Baſilica Deiparæ Virgini Mariæ conſecrata, mox in eiuſdem Virginis honorem ſub eius titulo confraternitas,cui proceres Ciuitatenſes & viri conſulares nomina ſua dederunt,etiamnũ magna animi deuotione eandem concelebrantes,inſtituta fuit. Inter cæteras huius Baſilicæ reliquias potiores ſunt.

Primo quatuor Capita cum duobus brachijs

chijs ex ſocietate 1000. Martyrum.

Item quatuor Capita ex ſocietate S. Vrſulæ & 1100. Virginum.

Item mandibula S. Laurentij Archileuitæ, qui Romæ 10. Auguſti in perſecutiõe Valeriani, poſt plurima tormenta, carceris, verberũ diuerſorũ Scorpionũ, fuſtium & plumbatarũ, laminarumq; ardentium, ad vltimũ in Craticula ferrea aſſatus, vertendum in alterum latus ad mandandum ſeſe Tyranno offerens, martyriũ pro Chriſti confeſſione compleuit, cuius corpus à B. Hyppolito, & Iuſtino presbytero ſepultũ fuit in Cœmeterio agri Verani. *Martyr. Rom. hac die.*

Item mãdibula S. Dorotheę V. & Martyris, quæ ſub Sapricio in Cappadociæ prouinciæ Cæſareæ Præſide 6. Feb. primũ equulei extenſione vexata, dehinc palmis diutiſſimè cæſa, ad vltimũ Capitali ſentẽtia punita eſt: in cuiꝰ conf. Theophilꝰ qdã cauſarũ patronꝰ, cũ ad certaminis locũ duceretur, obuiã S. Martyri factꝰ huiuſmodi in eã ſales iactabat: Eia tu Chriſti ſpõſa, mitte mihi de paradiſo ſpõſi tui mala roſaſque. Cui martyr; Id ego planè faciam. Cum ergo ad ſupplicij locum ventum eſſet, impetrato à lictore ſpatio, ad preces Deo poſtremas fundendas ſe compoſuit; & ecce eximia pulchritudine puer, tribus onuſtus malis, totidemq; roſis affuit. *Lippol. Tom. 2. Vitis Sanctorum. fol. 634.*

Cui

Cui virgo, obſecro te, inquit, vt hæc Theophilo deferas, tulit hic, miratur ille, & conuerſus mox equuleo acerrimè tortus, nouiſſimè gladio pariter cæſus eſt.

Item partes notabiles de S. Apollonia V. & Martyre, cui Alexandriæ ſub die qui fuit 9. Febr. tempore Decij, dentes omnes primùm perſecutores excuſſerunt, deinde ſuccenſo rogo, cum comminarentur viuam ſe eam crematuros, niſi cum eis impia ageret, illa paululum intra ſemetipſam deliberans, repentè ſe de manibus impiorum proripuit, & in ignem quem parauerant, maiori ſancti Spiritus flamma intus accenſa, ſpõte proſiliuit, ita vt perterrerẽtur etiam ipſi crudelitatis auctores, quod promptior inuenta eſſet ad mortem fœmina, quam perſecutor ad pœnam.

Mart. Rom. hac die.

Item de S. Cruce partes notabiles.

Inſignitur præterea hæc Baſilica rari admodum operis Altari B. V. M. ſacro.

Sed & ipſam non parum ornat, eidem adhærens, ambitus inſigniter ciuitatenſiũ liberalitate diſcoloratus, qui, dum 7. februarij anno 1606. ipſiſſima Eccleſia ob nimiam vetuſtatem, pro medietate fermè funditus corruiſſet, ſingulari largitatis promptitudine, incunctãter manus auxiliatrices, quod vtique commendatione dignum, religioſis iſtis, aliàs dedicatione

Tem-

Templi 1. Dominica poſt feſtum S. Georgij celebrantibus, porrexerunt.

XXII. ECCLESIA S. FRANCISCI COENOBITICA VIRORUM *Minoritarum Gaudent.* LI.

Eccleſia hæc, tempore ſtatim S. Franciſci intra Vbiorum Coloniam plātato, Baſilicam ſub Patrocinio S. Franciſci à patricijs Colonienſibus nobiliter fundatam atq; dotatam, in vrbis propemodum inſulari loco, accepit, cum Monaſterio admodum amplo ac ſpacioſo: Hinc partem illius vſibus Laurentianorum, qui Gymnaſium ſuum eo tranſtulerunt, inter alios elocatos terminos ſuos, Patres hi (in tanto olim flore, vt vna vice 50. Doctores ſub vno tecto numerarint) non malè applicarunt.

Præſtantes in Eccleſia ſua bene ornata reliquias habent, vt:

Integrum Innocentem puerum, in Bethlehem Iudæ pro recenter nato Chriſto, ab Herode Rege ſub die qui fuit 28. Decembr. crudeliter interfectum, quem in feſto Innocentum, adhuc cuticula obductum in naui Eccleſiæ vidēdum exponūt.

Integrum fere Cranium B. Matris An-

m næ, de

næ,de qua latius ſub Cartuſianorum titulo egimus.

Partem Capitis S. Agatæ Virg. & Martyris,quæ temporibus Decij Imperatoris Tyranni ſub Quintiano Iudice 5.Febr. in Catanēſi ciuitate Siciliæ poſt alapas & carcerem,poſt equuleū & torſiones,poſt mamillarum abſciſſionem, poſt volutationē in teſtulis & carbonibus,tandem in carcere,Deum precando conſummata eſt.

Mart. Rom. hac die.

Itē magnā partē capitis S. Barbaræ V. & Martyris,q̄ pro deuotione ſupplicātis populi, Carthuſiēſes (ad quos fœmineo ſexui aditus præcluditur)Franciſcanis his,dono dederūt.Sācta hęc virgo paſſa eſt Nicomediæ,in perſecutiōe Maximini ſub die,qui fuit 4.Dec.vbi poſt diram Carceris macerationem,lampadarū aduſtionū,mamillarū præſciſionē,atq; alia tormenta gladio à proprio parente Dioſcoro homine impio Idololatra ac omnis humanitatis experte, percuſſa,martyriū cōſummauit; Cū enim magna animi alacritate filiā ad vltimi certaminis locum tendere cerneret,furibunda mēte in eā inuectus, ipſe ꝑ ſe crudele in primis expleuit miniſteriū,ſibique vnicā, cūctis animi corporiſq; dotibus ornatiſſimā,capite trūcauit, moxq; in eodē loco & ipſe fulmine de cœlo in ſceleſti pœnā iacto cōbuſtus,animā exhalauit. Libet autē hic

Lippel. de Vitis SS. Tom. 4. f. 648.

hic vnũ omni admiratione dignũ attexere miraculũ: quod anno 1448. meritis S. huius martyris contigiſſe certò cõprobatur. Degebat in Gorcomẽſi oppido Hollãdiæ lanius quidã, piùs nõ minus quã diues Henricus Kock nomine: cui ex agro forte redeũti hæc accidit calamitas. Siquidẽ nocte, qua diui Auguſtini memoria feſtiuo gaudio recolitur, cũ rurali fatigatꝰ labore auctiori ſomno cõplecteretur, candela ardẽs in ſtramine decidit, flãmaſq; adeo vehemẽtes excitauit, vt tota domus incẽdio cõflagraret. Euigilãs verò Henricus ægre admodũ cũ filio Andrea incendiũ euaſit. Verũ corpore liberatꝰ, pro pecuniæ amiſſione vehemẽter ſollicitus, non dubitauit iterũ ſeſe furentibus obijcere flãmis. Itaq; crucis ſigno munitꝰ in domũ pedẽ intulit, quæ collucentibus vndiq; flãmis, penè vaſtata ante, ſuper eũ corruit, quã ad conclaue vbi nũmi recõditi iacebãt, perueniret. Hinc cũ certa iã mors inſtaret, tametſi vrẽtibꝰ flãmis, grauiter torqueretur, maiori tamẽ dolore cruciabatur, ꝙ Eccleſiaſticis deſtitutus Sacramentis, è vita migraret. Ea ꝓpter deſperata corporis ſalute, cũ vndique ſe anguſtijs cinctũ animaduerteret, ad D. Barbarã, ꝗ̃ diebus ſingulis ſingulari deuotione venerari cõſueuerat, ſuppliciter confugit dicens, Barbara Martyr Chriſti

ſanctiſſima ſuccurre miſero & in peccatis morienti: deprecare Dominum, ne de corpore meo anima egrediatur niſi cōfeſſionis Sacramento ante purgata & ſaluifico viatico præmunita. Vix orationem finierat, & ecce virgo eo ſchemate quo in templo picta habebatur adeſſe viſa, furentes ignium globos, pallio ſuo reſtinguēs, ſupplicem ſuum per tectum ſtramineum eduxit, atque tuto in loco ſtatuens ſic allocuta eſt: Quia diuinam per meum patrocinium implorasti opem, meo ſcias interuentu vitam tibi ad auroram vſque prorogatam; quo viuendi ſpatio, confeſſionē Euchariſtiæ, atque extremæ vnctionis Sacramenta recipias. His dictis ſanctiſſima Virgo diſparuit, & Henricus toto corpore aduſtus, ad filiæ ſuæ Dietuerdæ, quæ viro honorabili Neudoni dudum nupſerat, domum ſolus perrexit. Nulla erat in toto hominis corpore ſanitas: ita vt aſſati cadaueris ſpeciem magis quam hominis præſeferret. Verenda eius ignis edax abſumpſerat, adeo vt hiantibus in inguine vulneribus, etiam exta nudarētur cremata. Nates & clunes flamma vorauerat: præcordia, venter, pectus, aſcellæ, collum ac ſcapulæ, non modo aduſta, ſed inflexibilia & ferri inſtar rigida erant. Denique à vertice capitis capilli cum carnibus de-

fluen-

fluentes, & oſſa nudantes, in genis hærebant; & antequam ad filiæ ſuę domum veniret, arentes pedicæ, inter eundem à corpore eius decidentes, combuſtionis pariter ac miraculi euidens teſtimonium præbebant. Quid multis? Nihil in eo cernebatur præter admirabile, horrendumque cunctis ſimulachrum; cui tamen in mortuo atque cremato corpore, ne Sacramentorum expers moreretur, vita ſeruabatur. Cùm autem per ciuitatem ſtupendi huius miraculi rumor percrebuiſſet, plures ad ſpectaculum hoc mirabile cadaueris, vt ita dixerim morituri, quam ad reſtinguẽdum ignem cõfluebant. Idcircò vt maius fieret miraculum cõfortatus à Deo Henricus, perinde ac ſanus & incolumis populo aduentanti prædicabat. Hortabatur omnes ad terrenorum contemptum, cœleſtiumque amorem: atque vt Deum in cunctis eius operibus laudarent, & in S. ſuis vere mirabilem, honorarent, omnes admonebat. Multis deinde aſtruebat S. Virginis & Martyris Barbarę interuentu, & meritis glorioſis, præſens hoc longioris vitæ beneficium ſe obtinere. Hæc enim inquit, vt ipſi cernitis oculis veſtris, honorantibus ſe Sacramenta confeſſionis & Euchariſtiæ ante mortem impetrat. Ad hęc miraculi huius in ſe facti narrãs ordi-

nẽ,poſtremo addebat, illuceſcẽte aurora, quantocius in teſtimonium veritatis è ſeculo ſe migraturũ. Et ne quis de miraculi adhuc veritate dubitaret,aut quod diuinę erat miſerationis, naturæ aut fortunæ adſcriberet, rogabat honeſtiſſimos quoſq;, vtriuſq; ſexus ſenes, vt accederent,& exploratis viſu,tactuque probatis ſingulis,& membris, & locis diſcerent, non virtutis humanæ,quod viueret, ſed poteſtatis eſſe diuinæ. Igitur multi humana curioſitate permoti,cum omnia luſtraſſent,Dei omnipotentiam & merita S. Barbaræ benedixerunt. His ita peractis,cum omnium peccatorum ſuorum ab infantia confeſſionẽ feciſſet,ſumptis Sacramentis S. Barbaram D. Laurentium in patronos inuocauit,omniumque deinde ſanctorum ſe precibus commendãs,peccatorum ſuorum veniã aſſiduè à Chriſto precabatur. Poſtremò ſonora voce, D. inquit Ieſu Chriſte miſericordiſſime Deus,qui me in ara crucis pretioſiſſimo ſanguine & acerbiſſima morte redemiſti, miſerere mei; Ecce in manus tuas cõmendo ſpiritũ meũ.Hęc dicens emiſit ſpirium.His egó Theodoricus Pauli de Gorcum,quia interfui,&prædicti Henrici Confeſſiones 4.audiui; Sacramẽta adminiſtraui; vulnera eius ac mẽbra tractaui; tractandaque alijs obtuli; ipſum præ-

præterea inter brachia mea moriétem tenui, non potui tam glorioſo miraculo teſtimonium non præſtare, & hæc ad Dei gloriam ſcribere.

Gaudent præterea hi Frāciſcani PP. parte capitis S. Luciæ V. & Martyris, quā cum Syracuſis in Sicilia in perſecutione Diocletiani ſub die, qui fuit 13. Decemb. lenones (quib⁹ iubēte Paſchaſio Conſulari tradita erat) vt à populo caſtitati eius illuderetur, ducerent, nullatenus eā mouere potuerūt, nec funib⁹ additis, nec boum iugis pluriniis: Deinde verò picē, reſinā, feruēs oleū, nil læſa, ſuperās, tandē gladio in gutture percuſſa martyrium conſummauit. *Mart. Rom. hac die.*

Item capitis parte S. Balbinæ V. B. Quirini filiæ, quæ Romæ à ſancto Alexandro Papa baptizata, poſt deuictum huius ſeculi curſum, 31. Martij in via Appia iuxta patrem ſuum ſepulta fuit. *Mart. Rom. hac die.*

Vbi notandum, quod prædictorū quinque capitum partes fidelium oblationibus maiorum ac deuotione auro & argēto ita ſint impoſitę, vt capita integra cum pectoralibus repræſentent.

Item aſſeruatur in hac Baſilica Brachium S. Chriſtinæ Virginis & Martyris ſanè admirabilis, quæ 24. die Iulij Tyri in Tuſcia apud Lacum Vulſinium, in Chriſtum credens, cum patris Idola aurea *Mart. Rom. hac die.*

nẽ,poſtremo addebat, illuceſcẽte aurora, quantocius in teſtimonium veritatis è ſeculo ſe migraturũ. Et ne quis de miraculi adhuc veritate dubitaret,aut quod diuinę erat miſerationis, naturæ aut fortunæ adſcriberet, rogabat honeſtiſſimos quoſq;, vtriuſq; ſexus ſenes, vt accederent,& exploratis viſu,tactuque probatis ſingulis,& membris, & locis diſcerent, non virtutis humanæ,quod viueret, ſed poteſtatis eſſe diuinæ. Igitur multi humana curioſitate permoti,cum omnia luſtraſſent,Dei omnipotentiam & merita S.Barbaræ benedixerunt. His ita peractis,cum omnium peccatorum ſuorum ab infantia confeſſionẽ feciſſet,ſumptis Sacramentis S. Barbaram D. Laurentium in patronos inuocauit,omniumque deinde ſanctorum ſe precibus commendãs, peccatorum ſuorum veniã aſſiduè à Chriſto precabatur. Poſtremò ſonora voce, D. inquit Ieſu Chriſte miſericordiſſimę Deus,qui me in ara crucis pretioſiſſimo ſanguine & acerbiſſima morte redemiſti, miſerere mei: Ecce in manus tuas cõmendo ſpiritũ meũ.Hęc dicens emiſit ſpirium.His egò Theodoricus Pauli de Gorcum,quia interfui, & prædicti Henrici Confeſſiones 4.audiui; Sacramẽta adminiſtraui: vulnera eius ac mẽbra tractaui; tractandaque alijs obtuli; ipſum præ-

præterea inter brachia mea morientem tenui, non potui tam glorioſo miraculo teſtimonium non præſtare, & hæc ad Dei gloriam ſcribere.

Gaudent præterea hi Frãciſcani PP. parte capitis S. Luciæ V. & Martyris, quã cum Syracuſis in Sicilia in perſecutione Diocletiani ſub die, qui fuit 13. Decemb. lenones (quib⁹ iubẽte Paſchaſio Conſulari tradita erat) vt à populo caſtitati eius illuderetur, ducerent, nullatenus eã mouere potuerũt, nec funib⁹ additis, nec boum iugis pluriinis: Deinde verò picẽ, reſinã, ferués oleũ, nil læſa, ſuperãs, tandẽ gladio in gutture percuſſa martyrium conſummauit. *Mart. Rom. hac die.*

Iten capitis parte S. Balbinæ V. B. Quirini filiæ, quæ Romæ à ſancto Alexandro Papa baptizata, poſt deuictum huius ſeculi curſum, 31. Martij in via Appia iuxta patrem ſuum ſepulta fuit. *Mart. Rom. hac die.*

Vbi notandum, quod prædictorũ quinque captum partes fidelium oblationibus maiorum ac deuotione auro & argẽto ita ſint impoſitę, vt capita integra cum pectoralibus repræſentent.

Item aſſeruatur in hac Baſilica Brachium S. Chriſtinæ Virginis & Martyris ſanè admirabilis, quæ 24. die Iulij Tyri in Tuſcia apud Lacum Vulſinium, in Chriſtum credens, cum patris Idola aurea *Mart. Rom. hac die.*

& argentea comminuiſſet ac pauperibus erogaſſet, eius iuſſu verberibus dilaniata, alijſque ſupplicijs diriſſimè cruciata;& cũ magno ſaxi põdere in lacum proiecti, ſed ab angelo liberata:deinde ſub alio iudice patris ſui ſucceſſore acerbiora tormenta conſtanter perferens,nouiſſimè à Iuliano Præſide poſt fornacem ardentẽ,vbi quinque diebus illæſa permanſit; poſt ſerpẽtes Chriſti virtute ſuperatos, abſciſione linguæ & ſagittarum infixione, martyrij ſui curſum compleuit.

Inſuper adhuc aliæ infra poſitæ in hic Eccleſia, honorificè aſſeruantur reliquæ, vt:

De virga Aaron.

De lancea qua Chriſti latus apertum fuit.

De capillis B.V.Mariæ.

Lapis vnus ſanguine B. Stephani Protomartyris & Archileuitæ cruentatus.

Item ſigillum S. Claræ,in quo ſcriptũ:Pœnitentiam agite,iudicium eſt prope.

Item corporale,quod S. Eliſabetha Lantgrauia Haſſiæ proprijs manibus ſuit.

De laneis pannis S. Franciſci, quibus ſeraphica lateris ſtigmata texit, de quo mirabili S. infra ſub titulo, Patrũ de Obſeruãtia(ne hic longiores ſimus)pauca quædam dicemus.

Porrò in medio chori, in monumento editiori D. Ioannes Scotus profeſſione

Fran-

Franciſcanus, ob profundã ſuam ſcientiã Doctor ſubtilis cognominatus, ſepultus iacet; quem Sixtus 5. anno 1587. peculiari edita Bulla, Doctoribus Eccleſiæ connumerauit. Templi autem huius Dedicatio Dominica Iubilate occurrit.

XXIII. ECCLESIA S. MICHAELIS COENOBITICA Virorum Hieronymianorum, ſeu vt vocant, VVidenbachenſium. XII.

Eccleſia hæc, in parochia S. Mauritij ex oppoſito S. Panthaleonis ſita, anno Domini 1490. ſumptibus fratrũ, quos ſcribendo ſacros codices ſibi acquiſierãt, clariſſimo conſule D. Hẽrico Haich plurimum fabricam promouente, erecta, & anno ſequenti B. Michaeli Archangelo, conſecrata eſt; quæ licet cæterarum more ciuibus non ſit peruia, diuinum tamen officium & horæ Canonicæ in ea decenter ſanè ornata, quotidie deuotè ſine notis, feſtiuis verò diebus cum cantu perſoluuntur, ita in confirmatione horum Patrum, Eugenio quarto Pontifice volente. Quod verò Hieronymiani vocentur, accepi ab ipſiſmet, hanc rationem, qua dicunt ſe S. Hieronymum ideo in patronum elegiſſe,

eo quod primus Auctor inſtituti ſui (cuius mox mentionem faciemus) in Sanctorum Catalogum relatus non ſit, ita vt licet Hieronymiani nō ſint, vulgariter tamen ita appellentur, ſed magis communiter VVidenbacenſes, à domo illorum ſalicibus vtrimq; iuxta præterlabentē riuulū ſepta. Quodnam verò proprium eorū inſtitutum, & Author primus qui fuerit ſciendū, illud abs Gerardo quodam re & nomine magno, primo initiatore (cuius vitā integrā Thomas Kempenſis ad longū deſcribit) Dauentriēſi patria, qui an. 1380. tā literis quam diuitijs abūdantiſſimè claruit, originē eos ducere. Hic cum eſſet in Aquenſi ac Traiectenſi Eccleſijs prębēdatus, diuinitus perculſus; relictis omnibus Deo ſoli vacando, prębendis ſe abdicauit, patrimoniumque ſuum in conſtruendo Virginum, ac piarum matronarum Dauētrienſi conuentu penitus exhauſit. Duobus dein plus minus annis apud Carthuſienſes, viros religioſos in Monichhauſen propè Arnam latens, eos in pietate & literis progreſſus fecit, vt vir vndecunque doctus præſtantiſſimuſque ſit habitus. Sed Deus hunc diutius latitare non paſſus, quem in ſalutem multorum excitarat; exire prædicatum tam verbo quam exemplo fecit. Eius verò prædicationi, multi

ſupernæ charitatis zelo accenſi obſecundantes, ſoli Deo adhærere cœperunt; factæque ſunt illo inſtituente ac promouẽte, diuerſę cõgregationes Apoſtolico more, & ad inſtar naſcentis Eccleſiæ fraterna inſimul dilectione coadunatæ, vitam humilem, mundo eiectam, & in communi ſub prælati (quam Rectorem vocant) obedientia, ducentes, legi D. & Euangelio conformes, quorum opere diuerſa diuerſorũ ordinũ Monaſteria in Belgio, VVeſtphalia, aliiſq; prouincijs, erecta ſunt & reformata. Apparebant ibi viri ſatis egregij, ab ipſo Gerardo Magno, & ex arbore emergẽtes, rami inter quos eminere videbatur Dominus Henricus Ahuis, meritò profectò lugẽdus, quod fati ſæuitiam ſenſerit: Hic cum religioſæ ſuæ cohorti ſedem Monaſterij fœliciter contuliſſet, multaque à Martino quinto eius nominis Pontifice priuilegia, cum approbatione ſuæ congregationis conſecutus eſſet, vir propè incomparabilis, qui in talento ſuo multifarios quæſtus facere ſemper ſatagebat, non contentus Monaſterij illud mire augmentatum, quin & VVeſaliæ ac tandem Coloniæ idipſum præſtaret. Nacto itaque haud difficulter ad manendum loco VVidenbach mox in protectionem 60. Archiepiſcopi Colo-

Colonienſis Theodorici à Morſa ſuſcepti ſunt, ex quibus deinde Canonici Regulares in Boedingen prodierunt. Cęterùm cũ præfata congregatio eiuſque viuendi ratio ab alma vniuerſitate Colonienſi (cui anno 1417. inſtituti regulam exhibuit) ſcriptis multis ſigilliſq́ue præclaris nobilitata eſſet, pro maiori deinceps informatione, Reuerendiſſimus in Chriſto Pater ac Dominus Dominus Petrus Apoſtolicæ ſedis à latere Cameracenſis Legatus, præfatæ vniuerſitatis ſcripta, Apoſtolica authoritate ratificauit, ac cum alijs diuerſis Cardinalibus & Legatis dictam congregationem à ſe confirmatam multis priuilegijs ornauit. Adhuc autem præcauente dicto V. viro Henrico Ahuis, ne fortè quorundam, vt cœperat, dens æmulationis & oblocutionis ſimplicia corda, iugi fatigatione, inquietaret, quaſi abſque iuris, aut approbatæ religionis titulo ſuſpecta proclamarent conuenticula, & velut nouitatis præſumptores ignotum hactenus vitæ modum intra Chriſti Eccleſias introducerent, S. Apoſtolicam ſedem, cui tum S. Pater Eugenius quartus præſidebat, humiliter adijt, & quas plantauerat vineas, approbari fulciri, atq; amplioris iuris legitimo titulo confirmari, ſupplex poſtulauit, & obtinuit largius quam petijt; Nam Capel-
las

las dictarum congregationum in Eccleſias collegiatas erexit, & collegialibus titulis decoratas perpetuo inſimul vniuit, & à Præsbyteris ac Canonicis in communi vita, nec regulariter nec ſeculariter, ſed neutraliter (pro vt habitus partim clericalis partim religioſus idipſum clarius prodit) inhabitandas, Anno 1431. declarauit. Sed & anno 1441. Fridericus Imperator, cùm VVidenbacenſium horum cõuerſatione bonum odorem non ſolum (vt ex literis ipſius adhuc ſuperſtitibus videre eſt) aliũde recepiſſet, quin & propria experientia veritatem didiciſſet, eos, ſequaces ac poſteros omnes in ſacri Romani Imperij Vicarios & Capellanos perpetuos, Eccleſiam verò in S.Rom. Imp. Collegium inſtituit ac ordinauit.

Inter alias reliquias huius Eccleſiæ, S. Agnetis Brachij anterior medietas, quam lacertum vocant, id eſt, quæ, vt miraculosè huc deuenerit, ita in ſcriptis ab illis accepi.

Circa annum 1417. in ipſo primi feruoris flore fratres cõuentus VVidenbach lætis amplexibus Presbyterum quendam Traiectenſem, Romam verſus tendentem hoſpitio ſuſceperunt à cæteris excluſum. Is cum reliquias iſtas ſecum deferens, mane altero Coloniam egredi vellet; intra

mœnia

mœnia ciuitatis gyrouagus ſagaci indagine vſque ad prandij horam, quam exiret portam in manum quæſiuit. Triſtitia itaque perfuſus, monſtruoſum portentum vix admirari ſufficiens, perculſi cordis conatu fatiſcentes artus pauliſper quieti daturus prædictum Frat: conuentum repetijt, contingentia exponens, ac impertractè S. Virginis reliquias ibidem cuſtodiendas commiſit, ſummi opificis manum ſuper ſe extentam fuiſſe clara luce depræhendens. Terrifica itaque exinde comminatione ſolutus, cui propria conſcientia virga fuit, in admirabilem mentis alacritatem euadens, ab omni corporis impedimento, arreptum iter continuauit. Porrò Eccleſiæ huius Dedicatio, ipſa dominica poſt feſtũ S. Vdalrici quotannis peragenda currit.

XXIV. ECCLESIA S. AGNETIS, COENOBITICA VIRORUM Franciſcanorum de Obſeruantia ad Oliuas dicta 13.

ECcleſiam hanc B. Agnæ ſacram vnà cum Monaſterio, olim Religioſi de tertia regula S. Franciſci, habitu ſub nigro vtentes, occuparunt; ſed authoritate Sixti V. iſte cum omnibus attinentijs, reli-

religioſis patribus de Obſeruantia, qui ex bello inferioris Germaniæ profligati huc venerunt, eſt aſſignatus.

Qui noui conuentus ſui Eccleſiam renouatam, erectis altaribus auxerunt & ornarunt, diuino cultui, horarum decantationi, confeſſionum exceptioni, verbi Dei prædicationi laudabiliter ſanè inſiſtentes. Quod autem de nomine domus huius, ſc. ad Oliuas, attinet, certi nihil ab his patribus habere potui, niſi fortè, ſicut cæteri prouinciæ conuentus, vrbium, terræ ſanctæ nominibus appellantur; ita ex monte oliuarum, qui eſt prope Hieruſalem, nomen ſortiantur. Præcipuæ huius Eccleſiæ reliquię non paucę ſunt de ſocietate S. Vrſulæ. Cęterum oratorij huius dedicationis dies Dom. 3. poſt Paſcha celebranda annuè currit.

Et cum non ita pridem in D. Franciſcum liber ſat petulans euulgatus, ideoque diuiniſſimus hic vir ac planè mirabilis ſanctus, arrepta hac occaſione merito ſit defendendus; Quia tamen V.P. Sedulius Guardianus Antuerpienſis idipſum ex profeſſo recenter ſumma cum dexteritate præſtitit, eo lectorem dirigendum viſum fuit. Nunc hoc ſaltem dico, homines, tales (ſi tamen homines dicendi) tanto ipſis animãtibus inferiores eſſe,

quanto

quanto amplius Apoſtolicus & abſolutæ perfectionis hic vir, ab ipſis brutis præ illis honoratus fuit, prout tantam ipſi ſæpènumerò obedientiam (ſicut ex vita ipſius claret) præſtiterunt, quantam ipſi primò parenti protoplaſto, præſtitiſſent, ſi non peccaſſet.

VIGESIMA QVINTA ECSIA SANCTI ACHATII, COEnobitica virorum Religioſorum P. P. Societatis Ieſu. XIV.

Baſilica hæc vnà cum collegio, initiũ accepit à quadam deuota Colonienſi vidua, quæ ibidem ſemetipſam incluſit. Temporis autem ſucceſſu, partim aſſeclarum Virginum, partim Patritiorum, vt Lißkirchen/ & Sudermannorum pietate in honeſtum monaſteriũ ampliatum, Anno 1583. Virginibus de ordine S. Auguſtini ſponte ſua cedẽtibus, autoritate ordinarij & Rom. Pontificis, P.P. Societatis Ieſu iuſto emtionis titulo appropriatum eſt, ſingulis virginibus, dote honeſta aſſignata, ad diuerſa alia Sacrarum Virginum monaſteria tranſlatis.

Venerunt, non abſque ſingulari Dei prouidentia hi P.P. bini (quorum primarius

rius R. P. Faber vnus ex primis B. Ignatij commilitonibus fuit) Coloniam, quando hæreſes, aliæ ex alijs enatæ ſingulæ ex Orco tanquam Phalaridiano Tauro emerſæ, diſſectæ ſectæ Eccleſiam Dei immaniter exagitabant, ac D. Petri nauiculam tempeſtuoſum mare ſulcantem, Chriſti fidelium prædo diabolus vehementer conquaſſabat, eiuſq; Naucleros Dei Vicarios Summos Romanos Pontifices, eo quod non ignoret, ijs totius Dominici gregis curam ab ipſo Chriſto demandatam, mirum in modum emiſſarijs ſuis Hæreſiarchis & Apoſtatis Monachis inſectabatur, vnanimique conſpiratione tã atroci odio proſequebantur Plutonis ſatrapæ, vt intra paucos annos regnis etiam ampliſſimis, (peccatis noſtris promerentibus) à caulis dominicis extorres iſti Chriſtique ſpiritu (qui vtique non diſſenſionis, ſed pacis eſt Deus) minimè vegetati, ac inter ſe corrixantes mendaciorum Magiſtri maximã attuliſſent perniciẽ; Cũ enim ſocietas illa, inuicta velut ac fortiſſima debellãdæ hæreſi legio à Deo ſit inſtructa, & inſtitutis religioſæ diſciplinæ, ſanctè conſeruandis & latè propagãdis, incumbat vnicè; nemo certè ſanæ mentis inficias ibit, quin à Deo miſſi, nouiſſimo ac periculis pleno tempore illo petitis ab hoſtibus Vbijs alio-

Ioan. 21.

1. Cor. 14

quin hactenus in fide ſtabilibus, ſeſe coadunarit. Aduenientes itaque primum anguſtas ædes in muro Caſtrenſi inhabitantes, paulò poſt in immunitatem Eccleſiæ S. Vrſulæ, ad paulò commodiorem habitationem migrarunt. Quos cum Ampliſſimis virib° cõſulibus D. Arnoldo à Brouvviler, & D. Arnoldo à Segen, admodum Reuerendi PP. D. Eberhardus Billichius Carmelitarum Prouincialis, Theologus famoſiſſimus, V. P. Gerardus ab Hamõth, Cartuſianorum Prior, Benefactor eorum liberaliſſimus, ac tertius Dominicanorũ Prior, vti viros bonos, vehementer commendaſſent, deq; receptione intra Vrbẽ, plurimum apud illos ſollicitaſſent, tũ verò nulla opportunitas, qua commodè recipi poſſent, ſeſe offerret: Contigit tandẽ quod quidam Iuſtus Velſius trium Coronarum profeſſor, varias hæreſes defendendas ſuſcipiens, & conceptos animi errores deponere nolens, vnà cum eiuſdem Gymnaſij Regente Iacobo Lichio, Velſij erroneis opinionibus infecto, ex vrbe pelleretur, & hac occaſione, mediantibus viris bonis, ad publicum docendi munus PP. iſti admitterentur. Studioſorum autem numero ſubitò & mirabiliter creſcente, plures ex ſocietate viri docti acciti ſunt. Habuerunt autem primitus

orato-

ratorium ſupra Gymnaſij portam ſatis anguſtam, in quo ſtudioſi ſacrum quotidie audiebant; quod cum ob anguſtiam non omnes caperet, vicini hypocauſti acceſſione, auctũ fuit; Sed cũ ne ampliatum quidem tantã ſtudioſorum multitudinem recipere poſſet, aliquot deinde annis in vicinã D. Maximini Eccleſiam, iuuentus ad audiendam miſſam à profeſſoribus deducta fuit. Cùm verò tractu temporis, & in eo difficultas eſſet, PP. aliquot ædes in vico S. Ioãnis ſibi cõpararunt, Gymnaſio per poſticum cõtiguas. Vbi verò vlterius pro Patribus laboratũ vt Eccleſiam & amplam & cõſecratam habere poſſent, Anno 1574. die 26. Octob. primę Collegij Baſes, vno quaſi momento, caſu lamentabili cõcidũt; Nam quidam in ſocietate receptus, lapſus in phrænesin, Reuerẽdos PP. Leonhardum Heſſelium collegij Rectorem, Ioannem Rhetium Regentem, Nicolaum Fabrum Miniſtrum, cultello eſcario inopinantes transfixit: Et licet ob collegij Superiores tã triſti caſu ſublatos de vlteriori ei⁹ ſucceſſu deſperari poſſet; poſt tamẽ multò magis florere cœpit: Anno ergo ſupra ſcripto 1583. Patres in S. Achatij Monaſterium migrarunt: Anni porrò 1599. Burſa ad S. Maximinũ ex cauſa inferius loco ſuo allegãda trãſlata fuit. Multa de hac

 ſocio-

ſocietate numeris omnibus abſoluta, vti ſc.(vt verbo dicam) ex nouiſſima prima (pace omnium dictum)facta ſit,dicere inſtitueram; ſed cum non ita pridem eius impreſſæ regulæ toti mundo idipſum luculenter manifeſtent,dimittendũ in præſentiarum cenſeo.Miror equidem eorum publicatores hæreticos, tanta fidelitate prelo paraſſe,vt ne quidem iota aut apex vnus immutatus reperiatur, cum nihilo minus conſtet ex mera impoſtura ab illis factitatum eſſe. Dic igitur hæretice quænam bona præter tuijpſius confuſionem eiuſcemodi liuida iſtius regulæ elucubratione tibi pararis? nũquid regulæ iſtæ bonos patresfamilias P.P.Societatis Ieſu propria confeſſione conuicto tibi exhibuerunt? nunq i l rem Chriſtianam ſaluam cupientes fideliſſimi Dei operarij copioſiſſimam meſſem indies, apud Antipodas noſtras faciunt;an non monaſticam olim diſciplinam ab Apoſtate Luthero labefactatam egregie reſtaurarunt, ac ſortem Domini etiamnum augent plurimam? Nonne ſcriptis & doctrinis Chriſti Eccleſiam defendentes hæreticos alacriter ab ea arcent?Nunquid omnium moleſtiarũ patientiſſimi,teneram iuuentutem, in timore Dei & liberalibus artibus iucundiſſimè gratis erudiunt? An nõ omnem mouent

uent lapidem, vt ex cœno peccatorum neminem non eripiant? Nonne is omniũ prædictorum ſcopus eſt florentiſſimæ ſodalitatis Deiparæ V. Mariæ apud illos inſtitutæ? vel quando tandem ad ſincerum veri Dei cultum, ſi nil aliud, ſaltem, decentiſſimus, huius Baſilicæ apparatus, te prouocabis? Nonne vides quam ordinata, diſtincta, munda ac ſplendida ſint omnia? Hæc ſi non mouent, moueat ſaltem celebrantium grauitas, ſacram frequentãtium ſynaxin, ſedula pietas, & deuotio, quæ Deo & ſanctis, huius Eccleſiæ reliquijs præclaris & multis, affectuoſiſſimè exhibentur. E quibus omnibus, vt ſaltem magis principales commemoremus, ipſe S. Sanctorum Dei & Mariæ filius Sacramentaliter in auguſtiſſimo re & nomine ſummi Altaris Tabernaculo, in maioribus feſtiuitatibus, raris ac pretioſſimis Clinodijs veſtito, ea qua par eſt reuerẽtia, pro diſcedentium ex hac mortalitate viatico aſſeruatur adorandus.

Poſt Regem verò primas obtinent duo hinc & hinc præſtãtiſſima reliquiaria, capitibus ex ſocietate S. Vrſulæ pulcherrimè ornatis referta.

Illud autem quod certis duntaxat temporibus exponitur, vnum eſt ex ſocietate decem millium caput, apud Alexandriam *Caniſius in Mart. hac die.*

in monte Ararath Anno 130. die 22. Iunij ſub Adriano & Antonio Imperatoribus crucifixorum.

Canisius in Mart. hac die.

Sequitur hoc in ordine Cranium S. VValpurgis ſanctimonialis Ord. S. Benedicti Virginis, filiæ Regis Angliæ Richardi, ac S. VVilibaldi Epiſcopi ſororis, vitæ Sanctimonia & miraculis celebris. Cuius feſtus dies 1. Maij peragitur.

Poſt hoc prodeunt duo Angeli, quorum vnus S. Achatij præfatorum 11000. Martyrum præfecti, & alter S. Gereonis Thebęorum cccxviij. capitanei magna oſſa ambabus tenent manibus.

Hos non minoris pretij alij duo cum capſis in manibus de S. Laurentij & aliorũ SS. repletis reliquijs ſequuntur.

Reliquias (quarum Baſilica hæc prædiues eſt SS. reliquiarum) ſi commemorare velim, ne in ſyluam incidens lectorem nimium detineam, dimitto.

Hæ ergo ſunt Templi huius reliquiæ, iſta PP. Societas, cuius finis eſt non ſolum ſaluti & perfectioni propriarum animarum cum diuina gratia vacare, ſed cum eadem impensè in ſalutem & perfectionem proximorum incumbere, vti prolixius in ipſiſſima regula inuide cernis, quam quaſi verò deridendam in compitis Aſcalonis promulgaſti. Etſi enim

enim Patribus iſtis ſecretũ ſuum ſibi ſit, & iuxta ſapientis conſilium non omni homini ſocietatis arcana Exercitia communicant, illa tamen, vbi neceſſitas poſtulat minimè erubeſcunt. Nunquid tibi ipſi ſpemomnem egregiè nunc eluſiſti, dum Societatis regulam propalando, eam ipſam cunctis exoſam reddere intenderes, quam modo omnibus amabilem hoc pacto efectum intelligis? Nam hactenus, apud Reges & principes grauiſſimè adulterati hi PP. ac demerſi, ſic tandem publicata regula iterum (quantumuis ſpe tua fruſtratus fremas) enatant, ac tacendo de te tam gloriosè triumphant, vt qui ante præ humilitate, latere volebant, nunc ſimul per totum orbem terrarum nominatiſſimi fiant. Ecce vt proprijs armis te iugules, en vt cauſa cadens hos PP. exaltes vel inuitus, quæ per occaſionem huius Eccleſiæ (cuius anniuerſarius Dedicationis dies 1. Dominica Auguſti currit) in differentis Lectoris arbitrio dijudicanda obiter attingere placuit.

∴

XXVI. ECCLESIA S. LONGINI COENOBITICA VIRORUM *Alexianorum Laicorum, vulgo Lungen Brüder complentium mortuos.* XV.

S. Longini Eccleſia hæc vnà cum Cœnobio, retro forum nouum in vico, vulgo Lungengaß ſita, Alexianis his fratribus Laicis nomẽ ſiue plateæ ſiue patrocinij Templi, ſecũdum vulgi opinionem ita impreſſit, vt in præſentem vſque diem Lung Brüder vocentur.

Fratrum horum ordo à S. Alexio vt ferũt, ſub regula S. Auguſtini, originem trahens, charitati proximi, in ſepeliẽdis mortuis, gerenda infirmantium cura & aſſiſtẽtia mortuorum, totus mancipatus eſt.

Hinc ne viciſſim quid deſit Fratribus illis in Republica perneceſſarijs, ab inclyto Senatu prouiſores, qui in id diligenter incumbant, eis conſtituti ſunt.

Habent inter cæteras reliquias particulam capitis S. Alexij, confeſſoris filij Romani Senatoris Euphemiani; qui prima nocte nuptiarum ſpõſa intacta è domo ſua abſcedens, ac poſt longam peregrinationẽ ad vrbem rediẽs, decem & ſeptem annos, tãquam egenus in domo paterna hoſpitio recep-

receptus,incognitus manſit: ſed poſt obitum & voce per vrbis Eccleſias audita, & ſcripto ſuo agnitus,Innocento I.Pontifice maximo ad Eccleſiam S.Bonifacij ſummo honore delatus eſt, vbi multis miraculis claruit.Sepulturę eius interfuerunt Arcadius & Honorius Imperatores. Porrò natalis Viri Dei quotannis 17. die Iulij celebrandus occurrit. Templi verò dedicatio ſeruatur Dominica Quaſimodo geniti. *Baron. & Canisius in Mart. hac die.*

XXVII. ECCLESIA S. BARBARAE COENOBITICA VIRORUM Carthuſianorum. XVI.

ANno 1338.à VValramo Comitis Iuliacenſis filio, Archiepiſcopo Colonienſi 55.ſub patrocinio S.Barbaræ,in ipſiſſimo fundo vbi S.Seuerinus Epinicium SS. Angelorum animã S. Martini, ad cœlos deducentium audiuit,qui idcirco vſq; in præſentẽ diem ager S.Martini,vulgariter Marunsfeldt nuncupatur, fundata, non ſtatim ex integro,verũ 100.duntaxat Malteris Siligenis,& totidem marcis, pro ſuſtentatione Patrum Cartuſienſium dotata fuit,quod ſic accidit.

Quadam vice cum bonæ memoriæ ſacer Antiſtes exſtructurus Domum ordinis Cartuſienſis cogitabũdus hæreret,nec

locus ſeſe commodus offerret, eò humanitus quantumuis diligenter ſed in caſſum quæſito: diuinitus tandem hiſce formalibus verbis S. Martinus vult hic ædificari, eidem pio præſuli eſt reuelatus.

Petrus Sutor l. 1. de Vita Cartuſ. fol. 66.

Intereà temporis, cum Epiſcopus Lutetias Pariſiorũ profectus, ibidem (vbi prius 16. annis clauum Col. Eccleſiæ tenuiſſet) moreretur, eiuſque aſſignatio ab hæredibus cunctanter ſolueretur, fratres neceſſitate compulſi, è Colonia migrare iam cogitabant; Verùm, Patritij partim Coloniẽſes, partim extranei aliquot, vt Rupertus Anglicus, Ioannes de Riuo, Tyrus cum ſuis, Scherfgen Mummerſloch/&c. eos tãquam inculpatæ vitæ homines, ſecum retinere geſtientes, ex ſuo eos totaliter dotarunt, apertè fatentes, malle ſe detrahere natis, vt viros tam pios pro conſeruatione Coloniẽſium in vrbe retinere poſſint. Hos tractu tẽporis ſecuti ſunt Rinckij & alij quam plures Eccleſiaſtici & ſeculares; è quibus præcipuus D. Petrus Rinck Iuriſdoctor, multarum Eccleſiarum liberaliſſimus Benefactor, ambitum minorem cum fornice, & totius veteris teſtamenti hiſtorijs, in feneſtris pulcherrimè depictis (vt alia quam plurima pretioſa ornamenta prætercam) ſumptuoſiſſimè ſolꝰ fieri fecit. In quo ambitu duo parietes ſche-

ſchematibus, de Origine Ordinis Cartuſianorũ mira induſtria Imperatorũ, Regũ ac Principũ, cura diſcoloratis referti sũt.

Situs loci, penè inſularis eſt, amplus, nitidus, & verè Anachoretarum Eremus, ab omni populari & mercatorũ turba ſeparata, è vicino S. Seuerini ad mœnia & vrbis vallum ſe extendens, Patres & Fratres Laicos communiter in vniuerſum 30. capiẽs, viros admodum pios, doctos, maturos, ac in primo regulæ zeli vigore iucundiſſima conſtantia perſeuerantes; qui licet in publicam literarum palęſtram non prodeãt, ardentia tamen & procul lucentia ſunt luminaria, quæ & Charitatis pinguedine totam colluſtrãt Eccleſiam: Inter quos præter multas alias D. Henricus Calcar, D. VVernerus Rouelinc, D. Petrus Blomeuenna, D. Ioannes Iuſtus Lanſpergius, D. Theodoricus Loer à Stratis, & D. Laurẽtius Surius primas iure optimo tenent.

Inter cęteras hui⁹ Eccleſię ſanè pręclaras & multas reliquias, hę p̄cipuè oſtendũtur.
De ligno S. Crucis portio notabilis.
Duæ ſpinæ de Corona domini.

De fimbria tunicæ Chriſti incõſutilis, quam mulier ſanguine fluẽs tetigit: Hinc matronæ Ciuitatenſes, eadem infirmitate detentæ, vinum in Carthuſiam mittentes, petunt vt panniculus, quo particula fimbriæ

briæ attingi ſolet in illud intingatur; de quo guſtantes incunctanter reualeſcunt.
Sudarium B. Mariæ Virginis, quod ipſamet proprijs manibus in templo Hieroſolymitano texuit.
Dens S. Ioannis baptiſtæ vnus.
Maxilla S. Simonis Apoſtoli cum tribus dentibus; Fuit hic patria Chananæus Zelotes ab Euangeliſta Luc. 6. capite dictus; Prædicauit Euãgelium primo in AEgypto, deinde in Perſidem vnà cum Thaddęo ſimul ingreſſus, cum innumeram gentis illius multitudinẽ Chriſto ſubdidiſſent, Martyrium conſummarunt fratres non tã vterini Cleophæ filij quã in paſſione ſocij.

Caniſius 28. Octo.

Dens S. Gregorij Magni Papæ, Eccleſię Doctoris, Anglorum Apoſtoli Monachi Benedictini. Cuius feſtum duodecimo Martij currit.

Duæ particulæ capitis S. Brunonis Cartuſianorum Patriarchæ, anno 1514 à V. Patre Matthæo Priore domus Bononiæ, V. Patri Petro Blomouennæ Priori Colonienſi, eo quod S. Bruno Coloniam genitricem habuit, dono tranſmiſſæ; quas vnde ipſe habuerit, Surius Tom. 5. folio 605. commemorat. Porrò quis hic S. Bruno fuerit, infra, reliquijs prius recenſitis, dicemus.

Pars capitis S. Stephani Papæ & Marty-

ris

ris,de quo latius ſub titulo S. Cuniberti a-ctum eſt.

Pars capitis S. Eraſmi, Antiochienſis Epiſcopi & Martyris qui 2. die Iunij ſub Diocletiano primum plumbatis cęſus,deinde fuſtibus grauiter mactatus, poſt reſina,ſulphure, plũbo,pice,cera,oleoq; perfuſus,illæſus apparuit. Deinde in Campania,in ciuitate Formienſi,ſub Maximiano diuerſis atque immaniſſimis ſupplicijs iterum cruciatus,ſed ad confirmandos cæteros à Deo ſeruatus, tandem vocante domino,martyrio clarus, ſancto fine quieuit. *Mart. Rom. hac die.*

Cranium S. Marcini ex ſocietate Maurorum.

Capita ex ſocietate S. Vrſulæ quam plurima.

Caput S. Praxedis Reginæ ex ſocietate S. Vrſulæ.

Caput S. Chriſtinæ, Reginæ ex ſocietate S. Vrſulæ.

Caput S. Pudietianę Virginis Romanæ ſororis S. Praxedis,quæ poſt multorũ Martyrum venerabiliter exhibitas ſepulturas, poſt omnes facultates ſuas pauperibus pro Chriſto erogatas,tandem de terris ad cœlos migrauit. *Mart. Rom. 19. die Maij.*

Caput S. Victoriæ Virginis & Martyris Romanæ, quæ in perſecutione Decij Impe-

Imperatoris, cum eſſet deſponſata Eugenio pagano, & nec nubere vellet, nec ſacrificare Diis, poſt multa facta miracula quibus plurimas Deo virgines aggregauerat, à carnifice gladio in corde percuſſa eſt, adhortante eam S. Anatholia Virgine, ac dicente: O Victoria, vince, & ſis vera victoria, olim dum terra eſſet inanis & vacua, aiebat Deus hominibus; Creſcite, & multiplicamini, & replete terram. Nunc autem illa repleta & Dei filio de cœlo ad terram in carnem veniente, clamat quotidie, Creſcite in fide, & multiplicamini in charitate, & replete cœlum.

Caniſius in Mart. 23. Dec.

Reperiuntur etiam in hac Eccleſia Brachia infra ſcripta. Brachium S. Viti Martyris, qui ſub Diocletiano Imperatore 15. Iunij poſt ollam feruentis plumbi, poſt beſtias & cataſtas, diuina virtute ſuperatas, vnà cum Modeſto & Creſcentia cõiugatis, puer duodẽnis ordinis Senatorij filius, curſũ glorioſi certaminis pegit.

Mart. Baron. 15. Iunij.

Magna pars brachij S. Georgij Magni Martyris & Militis, de quo ſub Titulo Eccleſiæ S. Georgij fuſius egimus.

Brachium S. Annæ Auiæ Chriſti, Virginis Dei Matris Mariæ parentis, genere Sacerdotali tribu Aaronica, radice prophetica & regia ortæ, Saziri filiæ, in Bethlehem

lehem Iudeæ oppido natæ, S. Ioachim in Galilæa matrimonij vinculo ſociatæ, rebus ad votum fluentibus præter ſterilitatis probrum viro ſuo regio ſtemmate prognato vſæ. Tripartita tandem bonorum diuiſione, Deo, ſibi, & pauperibus, facta, Anna diuino munere, non tamen ſine complexu viri Mariam gratiæ filiam & matrem mundo peperit, quæ 26. Iulij ex hac vita mortali ad immortalem commigrauit vniuira, cuius corpus in Bethlehem ſepultura conditum, caput verò Duræ Iuliacenſi oppido honorificè aſſeruatur. Ita Molanus in illius Natali. *Vide Baronium in Apparatu Tom. 1. Annal. Eccleſiaſ.*

Brachium S. Mariæ Magdalenæ peccatricis, quæ ipſum Saluatorem à mortuis reſurgentem prima videre meruit; de eius conuerſione omnes quatuor Euangeliſtæ præclarum dant teſtimonium. Poſt Chriſti aſcenſionem, ab inuidis Iudæis relegata, in Marſiliam venit, vbi 30. annis hominibus incognita, vitam in Eremo duxit rigidiſſimã, quotidie ab angelis in aera ſubleuata. Tandem mortis tẽpore, ab angelis ad S. Epiſcopum Maximum deducta, corpore & ſanguine Chriſti ab eo percepto, ibidem in Ciuitate Aquenſi mortua & ſepulta fuit, Amoroſa Chriſti diſcipula, pœnitẽtiæ ſpeculum, in qua quia ſuperabundauit delictum, &

gratia

gratia ſuperabundauit. De quibuſdam apocryphis hãc Magdalenam concernẽtibus, lector videat 1. Tom. Baronij, & Notat. eius in Mart. Romano 22. die Iulij.

Mart. Caniſij die 31. Nouẽb. Brachium B. Noithburgis, filia coniugis, Regis Pipini Plectrudis, cuius ſanctitatem duo cœleſtia luminaria in eius funeratione viſa, clare indicarunt, cuius corpus in monte S. Beati, Cartuſia puta Confluẽtina modò quieſcit, nondum Canonizatum. Portio notabilis S. Barbaræ Virginis & Martyris huius Eccleſiæ Patronæ, de qua latius ſupra ſub Titulo Eccleſiæ Franciſcanorum Gaudentium, actum eſt.

Clauus ferreus, & Syndon, ad imitationem illius, qua Chriſtus dominus in ſepulchro inuolutus fuit, & nunc in Gallijs Sycambri aſſeruatur. De quibuſuis minutulis particulis omniũ Apoſtolorũ, Euangeliſtarũ, Eccleſię Doctorum ac plurimorum Martyrũ, Confeſſorum, & Virginũ, nec non aliorum Chriſti & Sanctorum, panniculorum, quibus Summum Altare, & tria magna reliquiaria Templi muris inſerta, referta ſunt, longum nimis eſſet, ſingulas, etiam in ſingulis ferè cellarum oratorijs contentas per ordinem recẽſere.

Inſuper, in ſacello Choro vicino, quod Anno 1427. Reuerendiſſimus Dominus Theo-

Theodoricus de Morſa Archiepiſcopus Colon. 59. extruxit, & in quod Maria de Oſtervvick virgo admirabilis, magna meritis & occultæ ſanctitatis 1547. ſepulta fuit, de qua M.S. codex V. P. Laur. Surij, adhuc ſupereſt, in quo inter alias eius cõmendationes, tale Epitaphium iuxta eius ſepulchrum, V.P. Ioannis Treuirẽſis Antiquioris adhuc ſuperſtitis manu in hæc verba depictum cernitur.

Virginibus virgo præfulgens illa Maria
Cuius erat genitrix Oſtervvick hac cubat vrna.

Lepidum ſanè eſt audituque periucundum, quod pueri Ciuitatenſes, dúm ex Cartuſia, dicterijs SS. Patrum vndecunq; manu huius venerab. octogenarij modo dicti P. Treuirenſis, colluſtrata domum reuerſi, matribus ſuis, quaſi illic pariete loquerẽtur perſuadere poſſint; Ita vt ſimpliciores credulæ, fœlices ſe reputarent, ſibi ſi aditus, tantum miraculum audiendi cauſa, licitè pateret.

Cæterùm Clinodia, ornamenta, ſculpturæ, picturæ, Antiquitates, olim partim, partim verò per recentem ingreſſum, inſignis certè iuuẽtutis, cultui diuino, ſicuti pretioſa valdè & artificioſa, ita & ſumptuosè mancipata, adeo florent, nitent, ac rident omnia, vt ſi Bibliothecam, quam habent inſtructiſſimam his adiunxeris;

mirum non ſit, quod vitam tam quietam, tam ab omni labe huius immundiſſimi mundi alienam viuant; Hugone de S. Victore in quodam loco obteſtante ac dicente: Si poſſibile eſt (ait) dari Paradiſum in terris, is vel in ſcripturis ſanctis vel in Monaſterijs bene ordinatis inuenitur. Horum vitæ genus, cum miſerabiliter ab aduerſarijs adulteretur, non ingratum fore Cartuſianiſmi amantibus ſpero, ſi quis in primis eorum Inſtitutor fuerit, quidque deinde profiteantur in auram effundatur. Ad initiatorem igitur quod attinet, S. Brunonem, duxit is originem ex nobili proſapia Hartenfauſt / vna è quindecim Romanis per S. Maternum & Traianum Imperatorem in vrbis præſidium ductis familijs, quemadmodum quatuor ſuorum Gentilitiorum arma, ex Chronico Colonienſi teſtãtur. Qui cum primordia liberalium artiũ in patrio ſolo imbibiſſet, tandem Lutetiæ Pariſiorum in tam profundũ euaſit Theologum, vt geminæ ſciẽtiæ, quoddam quaſi ſimulachrũ haberetur, & vulgariter, vtpote ſciẽtia, religione, ac grauitate famoſus, non niſi Venerabilis Magiſter Bruno appellatus fuerit. Cũ autẽ anno ſupra milleſimũ, 82. circiter apud Pariſios, inter Doctores, ſcientia, fama, & ſanctitatis opinione, quen-

ne, quēdam percelebrē, Gallum natione, Reymundū nomine, extrema fata rapuiſſent, ſeſeq; qui mortuus fuerat, diuina permiſſione in feretro ſub exequijs funeralibus erexiſſet, altaq; & horribili voce, iuſto Dei iudicio damnatum ſe proteſtatus fuiſſet; territus de tā miſerando ſpectaculo Magiſter Bruno, adunatis ſibi ſex ſocijs eodē compūctis ſpiritu comitibus, ſolitariam vitam quantocius appetēs, ad locum horroris & vaſtę ſolitudinis (cui nomē eſt Cartuſia, à qua & Cartuſienſes apellantur) ducatū S. Hugone Epiſcopo Gratianopolitano præbēte, fugit: quā eremū cū ſex annis triuiſſet, in Calabriā tranſiens, ibidem Monaſterio conſtructo, fœlici vitæ curſu peracto, migrauit ad dominū poſt egreſſū Cartuſiæ 11. circiter anno, ab orbe verò redēpto ſupra 1101. 6. die Oct. Cuius corpus Fratres digno honore afficiētes, ſepulturæ crediderunt, tumuloq; ipſius eiuſcemodi Epitaphium appoſuerunt.

Primus in hac Eremo, Chriſti fundator ouilis
Promerui fieri, qui tegor hoc lapide.
Bruno mihi nomen, genitrix Alemannia meq́ue
Tranſtulit ad Calabros, grata quies nemoris.
Doctor eram, præco Chriſti, vir notus in orbe,
Deſuper illud erat, gratia non meritum.
Cuius vincula dies Octobris ſexta reſoluit
Spiritui requiem, qui legis iſta pete.

Quam prætioſa verò mors eius fuerit,

 in con-

in cõſpectu domini, fons viuus, qui ſimul-ac terræ corpus redditũ, iuxta eius ſepulchrum erupit, & languidis optatæ remedia ſoſpitatis contulit, teſtatum fecit. Porrò locus ille in ſpecu Calabrienſi, in qua poſt exceſſus contemplationum, defeſſa membra nude humo allidebat, nunquam in præſentem vſque diem, vt omnes loci eius accolę conſtantiſſimè aſſeuerant, herbam ad menſuram corporis eius gignit, cum tamen circumquaque herbaſcat.

Sed & in vlteriorem Sanctitatis eius comprobationem, nec illud ſilentio inuoluendum, quod anno 1544. pridie eius diei, qui B. Brunoni ſacer eſt; vir quidam nobilis Buceri lue infectus, cum in hoſpitio Cartuſiæ Colonienſis, ſub veſperarum precibus, à Procuratore eius loci V. P. Petro Behem, poſt Priore Confluentino, de ſequentis diei ſolennitate caſu aliquid intellexiſſet, ſtomachabundus in hæc verba ironicè quæſiuit: Putatis vos illũ in diuorũ numerum relatum? Certè ſi ille Sanctus eſt, nũquam poſt hauſtum hoc poculum, proſpera me contingat vti valetudine; Dixit, bibit, equum conſcendens abit: nec mora; in lectum decidens, paucis poſtdiebus, ita, vt ſibi ipſe erat imprecatus, ex morbo perijt, vel inuitus B. Brunonis ſanctitatem conteſtans, alijſque ſuo exemplo conſu-

conſulens, vt non ponant in cœlum os ſuum, nec petulantem linguam in ſanctos laxent.

Canonizatus eſt autem vir Sanctus ſub Leone vndecimo Romano Pontifice, mēſe Iulij anno Chriſti venientis in carnem 1514 cuius hic eſt tenor:

Papa Leo geſtis & maieſtate verendus.
Cardineis patribus celebri circumdatus actu
Certior eſt factus, quam ſanctè vixerit olim
Bruno, quod obſequium, dum vixit præſtitit vrbi:
Quodque per hunc cultu diuino Eccleſia creuit:
Huius & audierat certo miracula quondam.
Propterea votis patrum concordibus illum
Rettulit in diuos: feſtum conceßit eidem
Octobris ſexta celebrare luce quotannis:
(Illo nempe die moriens aſcendit olympum)
Erigere huic ſtatuas, ac ædificare Sacella
Permittens: ſuper his confecto diplomate cōfert.
Ordinis hac noſtri mater Cartuſia ſeruat.
Inter Romani multa inſtrumenta ſenatus.

Atque hæc de S. Brunone Cartuſianorum Patriarcha ex 5. tomo Surij dicta ſufficiant: de eo ſi quis plura deſiderat, in ſyluam eat neceſſe eſt.

Inde itaque quod,

Anno milleno, quarto quoque ſi benè cenſes
Inſuper octeno, ſint orti Cartuſienſes. ſatis perſpectum exiſtimo. Nunc finem huic baſilicæ imponentes (cuius Dedicatio quotannis vltima Dominica ante aduentum

occurrit)Encomium ſolitudinis,eo libentius ſolitariæ huic Eccleſiæ ſubiungere placuit, quo cõuenientius id multi putauerunt & à me deſiderarunt.

VITAE SOLITARIAE LAVS CORNELIO MVSIO DELPHO ILLVSTRI huius ſeculi poeta, theologo ac martyre Encomiaſte.

Non eſt idem vel ſcribẽdi,
Vel de rebus diſſerendi,
Omnibus ingenium.
Huic vrbes, huic cantare,
Huic placuit laudare
Ruſticanum prædium.
Ergo bellum hic Troianum,
Ille cecinit Thebanum,
Alius Pharſalium.
Quidam mero delectatus,
Maluit inebriatus
Scribere ſympoſium.
Et ſtultitiam exculto
Saiſe qui & ſatis multo
Extulit eloquio.
Rurſum vnus nec errauit
Cæſta Chriſti inarrauit
Docto poemátio.
Sunt & multi petulantes,
Ac amoribus vacantes,
Qui commendant venerem.
Fuit etiam amica
(Si dijs placet) impudica
Qui defleuit paſſerem.
Quiſq; quicquid ablubeſcit,
Et quod animo dulceſcit,
Hoc tractat lubentius.
Et quod vati dat Minerua,
Non inuita, nec proterua,
Hoc præſtat fœlicius.
Nos ingenio exili
Hebeti, tardo, ſenili,
Pro noſtris viriculis
Solitudinem cantamus,
Et ad vitam inuitamus
Priſcis claram ſæculis.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicola!
Quam beati Candidati,
Qui ad te volant alati,
Porro à Mundicolis!
Huc Vrania ſerena
Ades, & cœleſti vena
Lauda ſolitudinem
Lauda benè, lauda ſanè,
Lauda plenè, lauda planè
Hanc beatitudinem.

Lau-

Lauda viros barba canos,
Lauda ſophos Chriſtianos,
Duces abſtinentiæ.
Lauda iuuenes præcinctos
Lumbis, atque ſacra cinctos
Balteo militia.
Lauda ſimplices, tenellas
Multas integras puellas,
Claras caſtimonia.
Lauda fœminas adultas,
Factas propter Chriſtũ ſtultas
Raras ſanctimonia.
Lauda firma Dei caſtra,
Quæ virtute tangunt aſtra,
Effugant Dæmonia.
Lauda ſolida exempla,
Ipſa viua Dei templa,
Dei ædificia.
Lauda ſpecus & caſellas.
Lauda montes & rupellas
Arctaquè tuguria.
Lauda (nam ſunt tibi nota)
Tot Cœnobia remota
Lauda Monaſteria.
Lauda zelum & amorem,
Lauda æſtum & feruorem
Primitus fidelium.
Lauda curſũ huc frequẽtẽ,
Et confluxum diligentem
Hominum tot millium.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati Candidati,
Qui ad te volant alati,
Porro à Mundicolis!

Solitudo diuinarum
Eſt theſaurus gratiarum,
Sæculo abſconditus.
Solitudo optimorum
Et donorum perfectorum
Ager eſt reconditus.
Solitudo olim trita
Et directa via vitæ
Eſt breue compendium.
Solitudo miſerorum
Eſt aſylum peccatorum
Et tutum refugium,
Nuſquã eſt in mundo tantum
Commodarum rerũ, quãtum
Datum ſolitudini.
Hic enim trãquillus portus
Hic delitiarum hortus
Paradiſus Domini.
Hic lignum frondet vitale,
Quod nefas tollit letale
Chriſti tinctum ſanguine.
Hic ſtat arbor exaltata
Quæ ſecus riuos plantata
Viuo floret germine.
Domus hic orationis,
Campus ſpeculationis
In Dei operibus.
Hic mons contemplationis,
Hic fons meditationis
In diuinis legibus.
Hic eſt ſpiritus dulcedo,
Et perpetua viredo
Multaquè fertilitas.
Hic illi fructus triceni
Sexageni & centeni
Summaquè felicitas.

O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo
Pijs receſſicolis!
Quam beati candidati
Qui ad te volant alati
Porro à Mundicolis!
Hæc eſt vita ſpecioſa
Sacroſancta fructuoſa
Si aduigilaueris.
Quæ plus habet in receſſu,
Quam promittit in acceſſu
Si perſeueraueris.
Hic eſt cultus Dei verus,
Hic timor Dei ſincerus
Inculpata ſanctitas.
Hic eſt fides ſolidata,
Spes & charitas firmata
Raraq; humilitas.
Solitudo non diſcorde
Sed concorde Deum corde
Totis amat viribus,
Solitudo ſuos fratres
Omnes amat velut patres
Imis ex viſceribus.
Solitudo Deo credit,
Nuſquam à Deo recedit,
Quicquid tandem accidat.
Solitudo bene ſperat,
Nunquam de Deo deſperat
Quæ res cunque incidat,
Solitudo ſpiritalis
Quamuis deſit corporalis,
Dulcis eſt poſſeſſio.
Solitudo corporalis,
Si non adſit ſpiritalis
Vana eſt profeſſio.

Nam quid foris proſit rite
Abſq; turbis, abſque lite
In ſpeluncis degere.
Si intus perturbatarum
Vermes conſcientiarum
Vetant conquieſcere.
O beata ſolitudo
O ſola beatitudo
Pijs receſſicolis.
Quam beati Candidati
Qui ad te volant alati
Porro à mundicolis!
Spritalis non moratur
Siue vrbe concludatur
Extra ſiue mœnia,
Modo vana ſpeculando
Et ſecure iubilando
Vitet ſæcularia.
Qui, vt nil (quãuis vrbanus
Habeatur aut mundanus)
Ad mundanos pertinet;
Ita nil, licet ruſtris
Videatur aut Syluestris
Ad terrenos attinet,
Sed vbiuis de æterno
Et de ſolio ſuperno
Inceſſanter cogitat.
Inquit carne hic hærendo
Sed angelicè viuendo
Mente Cœlum habitat.
Interim hæc conſecrata
Vita, ſemper occupata
Simplex, Apoſtolica.
Eſt Cœlo, eſt Diuis grata,
Eſt Eccleſia probata
Nempe Euangelica.

Quæ

Quæ ſi erit literata;
Studijsq́; dedicata;
Plurimum contulerit.
Sin iſtis non ſit ornata;
Nec de Cœlis illuſtrata;
Triſtis carcer fuerit.
Tolle literarum vſum
Comparatum, vel infuſum
Vita de Monaſtica;
Si non fiat Cerebroſa,
Stupida, vel furioſa;
Saltem fit phantaſtica.
O beata ſolitudo
O ſola beatitudo
Pijs ſeceſſiculis!
Quam beati candidati
Qui ad te volant alati
Porro à Mundicolis!
Mirum, hic qua grauitate
Miſta cum humanitate
Sit morum maturitas.
Sed multò magis miretur
Si quis intus contempletur
Quæ ſit vita probitas.
Caſtitas hic exaltatur.
Rigor ordinis ſeruatur
Cum perſeuerantia.
Regula diſciplinaris,
Diſciplina regularis
Viget obſeruantia.
Quicquid iubet venerandus,
Atq; pater obſeruandus,
Fit cum reuerentia:
Nam ad nutum obeditur
Et ad iuſſum ſtatim itur
Abſque reſiſtentia.
Hic ſubmiſſio perfecta,
Dicta rata, vota recta,
Sancta conuerſatio:
Hic mãdata ſunt diſcreta,
Hic obſequia ſunt læta,
Nulla excuſatio.
Quæ ſunt fratris, quærunt iſti:
Non quæ ſua, ſed quæ Chriſti:
Abeſt hinc proprietas:
Mutuus hic animorum,
Et conſenſus ſtudiorum;
Vna eſt Societas.
Hic doctrina obſeruatur,
Orthodoxis quæ probatur,
Profligatur falſitas:
Libri praui non leguntur
Nec quidẽ hic admittũtur:
Sic ſtat verbi veritas.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati,
Qui ad te volant alati
Porrò à Mundicolis!
Hic paupertas opulenta,
Vita modicis contenta,
Nota ſpiritalibus:
Hic mœroris eſt ſolamen
Hic laboris eſt leuamen
Abditum Carnalibus.
Quiſquis agit in ſeceſſu,
Iſthoc potitur ſucceſſu,
Quod nunquam deſeritur.
Si ægrotat, viſitatur:
Si tentatur, confortatur:
Si fameſcit, paſcitur.

Si quid graue frater portat,
Frater hic fratrem ſupportat:
Fratrem frater ſublevat:
Si quis mergitur peccatis
Aut inuoluitur erratis,
Eſt qui illos allevat.
Vis te Chriſto conſecrare?
Carnem vis mortificare?
Locus hic aptiſſimus.
Vis offerre gratum munus?
Locus hic eſt oportunus
Locus commodiſſimus.
De peccatis vis dolere?
Vis ex corde pœnitere?
Vitam vis corrigere?
Hic ſecure poſſis flere,
Omnem culpam abolere,
Et poſt lapſum ſurgere.
Vis te rurſum oblectare?
Mœſtam mentem recreare?
Nuſquam potes rectius.
Spiritum vis excitare?
Animum exhilarare?
Nuſquam ages latius.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati,
Qui ad te volant alati,
Porro à Mundicolis!
Monachorum inſtitutum
Non eſt nuper inſtitutum
Vt ſecta inſanium:
Neq; nouum eſt commentũ
Neq; recens eſt inuentum
Quod hoſtes obijciunt.
Sed annis ter quingentis,
Ampliusq; quam vicenis,
Viguit Monaſtica.
A Chriſto enim incœpta,
Ab Apoſtolis recepta,
Fuit Therapeutica,
Quod ſi quis agreſtiorem
Illamq; incultiorem
Spectet ſolitudinem.
A priſcis illis Prophetis,
Et claris Anachoretis
Vendicet originem.
O quantum auctoramentum
Quale inauguramentum
Vita eſt Monachia!
O quam non terrena vita
Quam ſupermũdana vita
Vita eremitica!
Quam licet Deo fœcundam
Sacro à Clero ſecundam
Dignitate feceris:
Multis tamen conuenire
Modis, dices aut praire,
Si recte perpenderis.
Quanquam nec antiquitatẽ,
Tanti, neque dignitatem
Viri Chriſto deditis;
Quanti vitæ probitatem
Facimus & pietatem
Singularis meriti.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati Candidati,
Qui ad te volant alati,
Porro à Mundicolis!

Nullus

Nullus vates ſcribet rectè,
Nec Rhetor dicet perfectè
Laudes mundifugiæ.
Tende vires quantū potes,
Nunquam explicabis dotes
Vitæ ſolitariæ.
Vbi eſt ſolicitudo,
Ibi falſa ſolitudo,
Multa immutatio:
Vbi vera ſolitudo,
Nulla eſt ſolicitudo,
Nulla eſt mutatio.
Vbi populus eſt multus,
Ibi multus eſt tumultus,
Multa eſt abuſio:
Ordo vbi paucitudo:
Verùm vbi multitudo,
Ibi eſt Confuſio.
Vbi bona comparantur,
Ibi mala euitantur
Vel abſque negotio:
Vbi nunquam non oratur
Vel vbi ſemper cantatur,
Quis ibi in otio?
Vbi nulla vnquam hora
Abſque tranſeunt labore,
Abſque ducta linea;
Non libenter operari
Deſidemve otiari
Res ibi extranea.
Vbi quiſq; eſt modeſtus,
Ibi nemo eſt moleſtus;
Procul eſt diſcordia.
Vbi amor æquitatis,
Odium iniquitatis;
Ibi eſt concordia.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati,
Qui ad te volant alati,
Porro à Mundicolis!
Viri hic religioſi,
Non ſunt ſuperſtitioſi,
Non ſunt vt hypocritæ
Per ambages non incedunt,
A receptis non diſcedunt,
Recto pergunt tramite.
E quibus licet Abbates
Eligantur, & primates,
Omnium ſuffragio;
Pedum tamen nō captatur,
Nec mitra deſideratur:
Non eſt hic ambitio.
Quin plerique ſi cogantur,
Si vi multa adigantur,
Vti fiant Præſules;
Si non poſſunt detrectare,
Neque onus excuſare,
Eſſe malunt exules.
Tantum abeſt, glorioſi
Hic vt ſint, aut faſtuoſi,
Aut Thraſones tumidi:
Multo minus moriones
Hic verſātur, & Gnatones
Vel lenones putidi.
Hic rixoſus eſt exoſus,
Murmuroſus eſt exploſus,
Exulant ſuſurria:
Hinc proſcript⁹ eſt delator,
Mēdax, nugo, obtrectator,
Vna cum calumnia.

Iam ſi nullos otioſos
Ferant, aut diſſidioſos,
Vt ipſis diſſimiles;
An putes luxurioſos
Tolerent, & ebrioſos
Suibus perſimiles?
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati Candidati,
Qui ad te volant alati,
Porro à Mundicolis!
Nemo, quamlibet diſertus
Dixerit niſi expertus,
Quanta hic alacritas:
Nemo, quamlibet frugalis,
Scit, niſi ſpiritualis,
Quanta hic frugalitas.
Cella inſpice ornatum,
Nihil inuenis ornatum,
Nihil ſuperuacuum:
Non ibi vana pictura,
Nec inutilis ſculptura,
Nihil eſt ſuperfluum.
Terra menſa, & Cubile:
Tera ſcamnum, eſt ſedile:
Terra oratorium:
Herba cibum, vnda potũ,
Arbor veſtem, antra notũ
Præbent domicilium.
Non conducitur ad ædes
Aut ad exornandas ſedes
Scitus operarius:
Neque luculentus focus,
Neque exquiſitus cocus,
Hic eſt neceſſarius.
Suas quiſquè ſtruit caſas,
Breues, humileſq; caſas,
Suis aptat vſibus:
Suos quiſq; carpit cibos;
Quos coctos, incoctos cibos,
Terra fundit omnibus.
Hic rogare de Setinis
Aut de vinis Tarentinis
Eſt ſuperuacaneum;
Et de Oſtreis lucrinis
Aut rogare de Echinis
Stultum, & fruſtraneum.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati Candidati,
Qui ad te volant alati,
Porro à Mundicolis!
Sed quis facile narrarit,
Quanta ſolitudo parit,
Vera mentis Commoda?
Ecquis rurſũ, dicat mũdus
Quid mali vehit fœcũdus,
Quot adfert incommoda?
Mundus amat voluptates,
Riſus, iocos, lenitates,
Ludos amat ſcenicos:
Monachi bene moratos,
Graues amant & ſedatos,
Geſtus Euangelicos.
Mundi incolæ laborant,
Nouis ſectis, quas ignorant,
Tuta hic refugia.
Mundus & impuritate
Gaudet, & ſalacitate:
Hic damnantur talia.

Mun-

Mundus mutuum inuadit,
Cedit, perdit, morti tradit,
Nec parcit à fratribus: (nis,
Hic ſub rubris Chriſti ſig-
Vt quiſque magis inſignis,
Militat pro fratribus.

Mundus mero delectatur,
Et ſympoſijs lætatur,
Appetit delicias:
Iſti Deo dedicati,
Et Chriſto ſanctificati,
Neſciunt lautitias.

Mundus quos odit, remotos,
Porro mittit vltra Gothos
Aut tollit exitio:
Sed viri Dei volenter,
Et æterno ſe lubenter
Mancipant exilio.

O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati Candidati,
Qui ad te volant alati,
Porro à Mundicolis!

Solitudo eſt virtutis,
Pacis ſchola, & ſalutis,
Summi ſedes Gaudij:
Mundus cōtra eſt malorū,
Et ſentina vitiorum,
Iugis locus tædij.

Contumaces ſunt mundani,
Sunt mendaces, leues, vani,
Detractores, liuidi:
Eremitæ ſunt veraces,
Æqui & iuſti tenaces,
Amatores candidi.

In mundo ſeditiones,
Et horrendas factiones
Sæpè mouent reprobi:
In ſeceſſu non rumores,
Cædes, clades, nec furores
Audiuntur improbi.

Mundus ſaltat ad laſciua,
Amatoria, nociua,
Carmina ſpurciſſima:
Iſti voce ſpirituali
Cantant Deo immortali
Cantica Sanctiſſima.

Mundus autor prauitatis,
Officina vanitatis,
Doctor iniuſtitiæ:
Solitudo pietatis
Mater eſt, & ſanctitatis:
Doctrix eſt Iuſtitiæ.

Soli, quid agant expendunt:
Vident quorſum cūcta tēdūt,
Multa cum induſtria:
Turba res bonas confundūt
Et vappā mero infundūt,
Turba turbant omnia.

O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati,
Qui ad te volant alati,
Porro à Mundicolis!

Quam ſuauis, quàm quieta,
Quam eſt læta, quam ſecreta,
Sola habitatio!
In turba nec hæc, nec illa
Hora vnquā eſt trāquilla;
Sed iugis turbatio.

In multis multum peccatur,
Et à vero aberratur
Vel toto itinere:
Sed horſum occaſiones
Mina, vel promiſſiones
Magno vrgent pondere.
Solis quidem & peccandi,
Et à recto deuiandi
Vt minor occaſio:
Recte quoque ſic agendi,
Eſt, & Deo ſeruiendi
Longe maior ratio.
Ergo turbā ſunt petaces,
Sunt furaces, ſunt rapaces,
Colunt auaritiam:
Solis, Monachi prudentes,
Neceſſarijs vtentes,
Proterunt pecuniam.
Hinc in mundo ſunt elati,
Sicut vtres ſunt inflati,
Turgidi iactantia:
Non ſic iſti, qui demiſſi,
Omni homini ſubmiſſi,
Negligunt ſublimia.
Hinc Mundani falſum iurant
Homines, nec Deos curant,
Se ſolos reſpiciunt.
Hi pre oculis habentes,
Et Deum ſemper timentes.
Neminem deſpiciunt.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati,
Qui ad te volant alati,
Porro à Mundicolis!

Solitudo natum pellit
Omne ad bonum impellit
Solitudo afficit:
Solis Mūdus malis gaudet,
Et mali nihil non audet:
Multos Mundus inficit.
Solitudo viros fingit
Bonos, & malos refingit;
Solitudo perficit.
Mūdus plurimos diſperdit,
Et atro veneno perdit;
Mundus multos conficit.
Solitudo ad fabellas
Non admittit intra cellas
Vllius conſortium:
Aſt Mundus abſq; delectu
Magno garrulis effectu,
Cunctis pandit oſtium.
Solitudo hoſpitalis
Eſt & multum liberalis;
Læta fratres excipit:
Mundus nulli ſe exponit,
Nulli bono menſam ponit,
Nec egenos recipit.
Nulla lis eſt in Eremo;
Vbi pro terrenis nemo.
Inuadendis militat:
Sed Mūdus pro deuaſtādis,
Aut pro regnis occupādis,
Vel armis ſollicitat.
Interim nil cella curat,
Siue bellum Scotos vrat,
Siue Anglos obruat:
Siue hoſtis in Hiſpanos,
Seu in Suecos, ſeu in Da- (nos,
Seu in Gallos irruat.
O bea-

O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati,
Qui ad te volant alati
Porrè à Mundicolis!
Hei quot Mũdus celat vncos!
Hamos quot iacit aduncos!
Quot tendit inſidias!
Hei quot laqueos abſcõdit!
Quot muſcipulas recondit!
Quot tegit aſtutias?
Mundus, Caro, & Satanas
Animas quot perdunt ſanas?
Quot mittunt ad inferos?
Mundus, Caro & ſatanas,
Hei quot res promittũt va-
Vt defraudẽt ſuperos? (nas,
Tamen tuti ſunt præfortes
Monachi, motus exortes,
Qui ſperant ad prælia:
Quamuis enim ſoli degãt,
Nec ſe mundi armis tegant;
Sunt muniti gratia.
Nemo diris hic terretur
Nemo mortem hic veretur
Tanta eſt fiducia.
Nemo aſperis diffidit,
Nemo proſperis confidit:
Tanta eſt prudentia.
Sed ſeu venti ſint diuerſi,
Seu fauentes ſeu aduerſi,
In vita diſcurſibus;
Iſti ſemper laudes dicunt,
Grates agunt, benedicunt
In lætis ac triſtibus.

Sciunt enim abundare,
Et ærumnas tolerare,
Si Deus voluerit:
Sciunt quoque ieiunare,
Et ſubinde manducare
Vt, res, cunque tulerit.
O beata ſolitudo
O ſola beatitudo
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati
Qui ad te volant alati
Porro à Mundicolis!
Sæpè quod eſt præſtitutum,
Et quod ſemel eſt ſtatutum,
Renouant propoſitum.
Vt ſe ipſis fortiores
Exequatur per Maiores
Quicquid eſt impoſitum.
Sed & numine repleti
Sunt in omnibus diſcreti,
Vt iubet fraternitas.
Et nunc paulum curioſi,
Nunc edunt nil ſcrupuloſi,
Quicquid dictat æquitas.
Sæpe ſunt tam abſtinentes,
Vt nolint, quamuis egentes,
Vti neceſſarijs:
Rurſum cernas charitate,
Siue motos pietate,
Vſos eſſe varijs:
Sæpè tantum ſubticendo
Proſunt, quantum colloquẽdo
Auidi ſilentij:
Sæpe mœſtis conſulendo
Plus proſunt, quã reticẽdo,
Diuites conſilij.

Surſum

Surſum verſum corda gerunt,
Surſum cogitatus ferunt,
Et pia ſuſpiria.
Surſum ſpem, fidē attollūt,
Surſum Charitatē tollunt,
Surſum vehunt gaudia.
Surſum contemplationes,
Surſum meditationes,
Surſum deſideria:
Surſum totus eſt affectus;
Vnde mentis eſt profectus,
Et virtutum pramia.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati,
Qui ad te volant alati.
Porro à Mundicolis!
Solem maius luminare
Sydera illuminare
Vt minora cernimus;
Monachos ſic eminere,
Cateriſque pralucere,
In hac vita credimus.
Hi Deo ſeſe conformant,
Dei ſe ad verbum formant,
Deo ſeſe vniunt:
Seſe in Deum transmutāt,
Se abſorbent, ſe cōmutant,
Se Deos efficiunt.
Deo votis ſe aſſignant,
Se & omnia reſignant,
Sub eius Dominio:
Nihil ſtudent, nec conātur
Quā Dei, quē venerantur,
Obſequij imperio.

Ab externis ſe auertunt,
Se introrſum prorſum vertūt,
Se in Deo colligunt:
Si ſecunda nunc immittat,
Nūc aduerſa Deus mittat,
Æquè ipſum diligunt.
Nihil ſunt (hoc primū diſcūt)
Nil habent, nil concupiſcunt,
Solum Deum ambiunt:
Ipſo ſolo ſunt contenti,
Cuius bona pia menti
Affatim ſufficiunt.
Nullum ſibi bonum ſcribunt,
Deo omnia aſſcribunt,
Et bonis ſpiritibus:
Malum Deo nullū ſcribūt,
Sibi omnia aſſcribunt,
Et malis ſpiritibus.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati,
Qui ad te volant alati,
Porro à Mundicolis!
Abſque creaturis degunt,
Se ſuoſq; ſenſus regunt,
Se curis expediunt:
Linguam valde continēter
Oculos indeſinenter
A vanis cuſtodiunt.
Abſit mentem vt ornatu
Aut guſtu, aut odoratu,
Aut auditu inquinent:
Abſit indecoro luſu
Aut ingenij abuſu
Animam contaminent.

Omnes

Omnes oblectationes,
Atque conſolationes,
Ponunt in Cœleſtibus:
Euge mundi fraudulẽtum,
Et fallax delinimentum,
Viris cedunt mollibus.
Corrigunt affectiones,
Et conceptus actiones,
Si prauas inueniunt:
Cogitatus vitioſos,
Otioſos, ſcrupuloſos,
Velut angues, fugiunt. (unt.
Propter Chriſtũ cũcta linqu-
Patrem matrem derelinquũt
Dulci cum familia:
Vni Chriſto ſe impendunt,
Cuius nomine diuendunt,
Ampla patrimonia.
Imo propter Chriſtum vadũt,
Et in mortem ſeſe tradunt,
Summa cum conſtantia.
Et qui mundo cecidiſſe
Viſi ſunt, vel perijſſe,
Ipſi ſunt in gloria.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati Candidati,
Qui ad te volant alati,
Porro à Mundicolis!
Sapè & multum tentantur,
Et à multis infeſtantur,
Homines ſanctiſſimi:
Nulli tamẽ hoſti cedunt,
Nec vlli quicquã concedũt
Pugiles fortiſſimi.

Contra Dæmones certare
Et iuſtis familiare
Eſt penè aſſiduum:
Mundi aſtus declinare,
Carnis æſtrum debellare,
Fere eſt continuum.
Dæmones nunc fide ſternunt,
Nunc Dei verbo proſternunt
Multis cum ieiunijs:
Prece quoque ſubiugare,
Illos ſolent, & fugare,
Cruce & vigilijs,
Mundum ſuperant latendo,
Et promiſſa contemnendo,
Mera vt ludibria.
Quod ſi ita non ſuccedat,
Et deſpectus non abſcedat,
Vincunt patientia.
Carnis aſtus furioſi,
Valde ſunt periculoſi,
Sunt violentiſſimi:
Quũ tamen fide impugnãt,
Aut ieiunio repugnant,
Cedunt velociſſimi.
Sed quid attinet narrare
Hos quod Hoſtes ſuperare
Monachi potuerint?
Quum ſeipſos, vt laterent,
Ac vt Deo adhærerent,
Strenuè deuicerint.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati Candidati,
Qui ad te volant alati,
Porro à Mundicolis!

Viri Dei, & electi
A Mundanis ſunt reiecti,
Ac ſi eſſent ſtolidi:
Verùm pijs deamati
Sunt ab ipſis reputati
Viri valde prouidi.
Illi ipſi Deo chari,
Digni à cunctis amari,
Sunt inuiſi ſeculo:
Et à ſtulto eminentes,
Ac miraculis pollentes,
Deluduntur populo.
Verum qui ſic ſubſannantur,
Et vt fatui putantur,
Qui hic potant flumina:
Speculũ ſunt imprudentũ,
Et ſunt ſal inſipientum,
Sunt & mundi lumina.
Adde qui ſic contemnuntur,
Deprimuntur, exploduntur,
Et qui hic ſunt minimi:
Poſtea exaltabuntur,
Gloria coronabuntur,
Habebuntur maximi.
Quos ſi forte Pharaones
Perſequuntur, *aut Nerones;*
Abdunt ſe latibulis.
Si iubet Deus prodire,
Pro *fide mortem ſubire;*
Obuiant periculis.
Poſt *enim afflictiones,*
Duros poſt mortis agones
Certum eſt reſurgere:
Et per Chriſti *paſſionem,*
Mortem, reſurrectionem,
Sperant ſemper viuere.

O beata ſolitudo
O ſola beatitudo
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati
Qui ad te volant alati
Porro à Mundicolis!
Iam, qui multi hic videntur
Monachi vnum fatentur
Fide, mente, actibus:
Nec ab vno ſunt disiuncti,
Sed in vnum ſunt cõiuncti,
Mutuis affectibus.
Neque Monachi dicuntur
Tantum, quod cellis abdũtur,
Aut quod ſoli victitant;
Sed quod vno delibuti,
Et ab vno inſtituti,
Vnum bonum quaritant.
Nec idcirco diuiduntur,
Varijs quod diſcernuntur,
Miſtis ve coloribus:
Aut ꝙ *mœſtis hi vtuntur,*
Hi lætis amiciuntur,
Alijſve veſtibus.
Sed diſtinctis colorati,
Qui putantur ſeparati
His, & his habitibus,
Vnum ſimul Deum volũt,
Indiuiduùque colunt
Votis vniformibus.
Sciunt enim, quod nitorem
Non curet, neque ſqualorem,
Neque formas veſtium:
Qui manſuetis delectatur,
Et in intimis moratur,
Cordibus credentium.

Sic

Sic de Regulis cenſendum
Ac de multis ſentiendum
Puta, Ceremonijs:
Quæ quantumlibet difformes
Pareant, ſunt pariformes,
Sua ex indicijs.

O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati Candidati
Qui ad te volant alati
Porro à mundicolis!

Hi athletæ ſunt zeloſi,
Strenui, & animoſi,
Stant pro orthodoxia:
Et ſi (vt putas) reſpirant,
Nunquã tamen nõ ſuſpirãt
Pro eius iniuria.

Charitate radicati,
Et fide corroborati,
Ambulant intrepidi:
Cælum terræ miſceatur,
Fractus orbis illabatur,
Permanent impauidi:

Quam humiliter incedunt,
Si quando foras procedunt,
Ad fratrum ſubſidia!
Quã ſunt rerũ negligentes,
Quã ſunt rurſũ diligentes,
In ſui cuſtodia!

Paci ſtudent & quieti,
Velut agni ſunt manſueti,
Omnibus amabiles:
Modo Deo ſint amici,
Nil curant ſi inimici
Mundo ſint odibiles.

Mundus amat adorari,
Per fas nefas dominari,
Et quod iubet agere:
Iſti mundo nec placare,
Didicerunt, nec timere,
Sed palam contemnere.

Mundus floret, ſaltat, ridet,
Nec ſe ipſum ſatis videt
Multa præ ſuperbia:
Interim Sancto Sanctorũ,
Grex abiectus Monachorũ,
Pſallit cum lætitia.

O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati,
Qui ad te volant alati.
Porro à Mundicolis!

Pſallunt mane abſque mora
Prima, tertiaque hora,
Ante ſolis aditum:
Sexta, nona, veſpertina,
Pſallunt hora, ſed diuina
Complent ſub occubitum.

Sed & carnis ſauciata
Et ſubinde vitiata
Vt petant remedia:
Sæpius euigilantes,
Et ad preces feſtinantes
Nocte ſurgunt media.

Quos ſi videas plorantes
Si pſallentes, ſi orantes,
Suis pro reatibus:
Mirum ſi non ipſe plores,
Si non pſallas ſi non ores,
Pro tuis criminibus?

Adeò ſeſe ſubmittunt,
Sè proſternunt, ſe demittunt,
Vt ſi eſſent infimi:
Tam profuſe lachrymãtur,
Sic vindictam deprecãtur,
Vt ſi eſſent peſſimi.
At non fruſtra plurimarum,
Riuos fundunt lacrymarum,
Nec ſunt fruſtra ſupplices:
Nam humilibus addictus
Deus, ac velut obſtrictus,
Semper audit ſimplices.
Hei ter quater infelices
Nos, ſed illos ô felices
Qui hic curant ardua!
Sic enim fas inuenire,
Gratiam & peruenire,
Ad regna perpetua.
O beata ſolitudo
O ſola beatitudo
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati
Qui ad te volant alati
Porro à Mundicolis!
Sed non ſemper ſoli mœrent
Monachi, nec ſemper hærent,
Intra oratoria:
Sed ob cauſas conuenire
Illis licet, & exire,
Ad pia colloquia.
Quando autem congregãtur,
Non de ſi iuolis nugantur,
Nec enarrant ſomnia.
Sed de ſumma maieſtate,
Et Chriſti humanitate,
Prima eſt materia:
Mox de culpis extirpandis,
Et ſilentijs ſeruandis,
De Dei iuſtitia:
De ærumnis inferorum,
De triumphis ſuperorum,
Multa tractant ſeria.
Poſt hac de tentatione,
Et exercitatione,
Grauis ſermo oritur:
Multum & Dei narrandis
Et donis enumerandis,
Temporis impenditur.
Quam de gratijs agendis,
Et de laudibus canendis,
Hilares definiunt?
Ad diem illum ſupremum
Et iudicium extremum,
Quo fletu diſcutiunt?
Interim in cruce Chriſti,
Ac in morte eius triſti,
Lætaque victoria,
Inter iſtos ſeruos Dei
Fide firmos, plenos ſpei,
Tota eſt memoria.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati,
Qui ad te volant alati,
Porro à Mundicolis!
Iam quum ſacris operantur,
Aut dum ſacra celebrantur,
Et ſacris communicant:
Quo affectu ſe adornant
Vel quo mundo ſe exornãt,
Quibus ſe purificant?

Qualia

Qualia tum meditantur,
Qualia tunc ſpeculantur,
Quæ tunc mente agitant?
Dices ꝙ Chriſto immerſi
Et à cunctis quod auerſi,
Extra ſeſe volitant.
Tali veneratione,
Tali trepidatione,
Hanc ad cœnam adeunt:
Tali exultatione,
Tali modulatione,
Ab hac menſa abeunt.
Sed huc quoties accedunt,
Ne offendant quum recedunt,
Aut huc quando properant:
Prius per contritionem,
Et veram confeſſionem,
Se culpis exonerant.
Sic demum ſe immortali
Chriſti pane, ac vitali
Corpore communiunt:
Sic demum Chriſti cruore,
Quem noſtri fudit fauore,
Seſe totos fulciunt.
Et ſicut hoc teſtamentum,
Hocq́; curant Sacramentum,
Vt deguſtent candidi:
Ita poſtquam ſunt nutriti,
Cauent, ne ſacris muniti,
Rurſum fiant ſordidi.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati,
Qui ad te volant alati.
Porro à Mundicolis!
Hi quum ſciant rugientem
Beluam, nunquam ſtertentem
Circuire ſedulo:
Cauti, ne perdat, obſiſtunt,
Et multa fide reſiſtunt
Vigiles diluculo.
Huius ergò ſemper ſiſtunt
Chriſto ſeſe, nec deſiſtunt,
Donec exaudierit:
Ergo Cœli pulſant fores,
Neq; ceſſant pulſatores,
Donec liberauerit.
Hi ſunt qui non infoderunt,
Sed talenta expenderunt,
Ad quæſtam ditiſſimum:
Qui & agros rigauerunt,
Vineam excoluerunt,
Ob lucrum certiſſimum.
Qui & rete ad capturam
Mittunt; minas ad vſuram
Credunt numulario:
Qui & cūcta vendiderūt,
Proq; vnius dederunt
Margarita precio.
Hi ſunt iugum qui ſuaue
Et illud portant non graue,
Onus euangelicum:
Vt quietem poſſidere,
Vtque fructum obtinere
Valeant ſaluiuicum.
O ſeruos Dei beatos,
Quos cum venerit paratos
Dominus inueniet:
Quos & idem vigilantes,
Ac piè negotiantes,
Rediens reperiet.

O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati,
Qui ad te volant alati
Porrò à Mundicolis!
Ecquid tale profert mundus,
Mũdus nil minus quã mũdus,
Mundus immundiſſimus:
Qui nũquam nõ fuit bonis
Sacra vinea colonis
Iure indigniſſimus.
Rara auis eſt in vrbe,
(Ne mendaci crede turbæ)
Vir abſolutiſſimus:
Sed perfectus in deſerto,
In ſeceſſuq́ue pro certo,
Vir eſt frequentiſſimus.
Nec enim mundanos dicam,
Qui vel vnam mundi micã,
In ſe habent minime:
Sed ad ſanctum illi gregem,
Qui Sanctorũ ſeruant legẽ,
Pertinent aptiſſimè.
Vbi vbi ſis locorum,
Si priorum normam morum
Exprimis legitimè:
Semper eris Deo gratus,
Et cum iuſto computatus,
Populo certiſſimè.
Sodoma quid inquilino,
Licet reprobis vicino,
Quid impura nocuit?
Et lucifero honeſto,
Deo cum ſuis infeſto,
Quid Cœlũ quid profuit?
In mente eſt ſolitudo,
Et vera perfectitudo,
Vbicunque habites:
Interim praſtat, ſecurus,
Quo magis agas, obſcurus,
Si ſeorſim latites.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati,
Qui ad te volant alati,
Porro à Mundicolis!
Nullus locus, vt videmus,
Prius ducit quam eremus,
Ad Cœli palatia:
Nullus mundus ſic ditare,
Nulla vrbes ſic beare,
Nulla poteſt regia.
Nunc Vrania benigna,
Digniorum laude digna,
Dic patrum vocabula:
Dic quos cella educarunt,
Et quos viros illuſtrarunt,
Sola habitacula.
Adam ille primus homo,
Pulchro qui deceptus pomo
Seq́ue noſq́ue perdidit,
Solus vixerat beatus,
Solus erat exaltatus
Comitatus cecidit.
Solus gaudet, feriatur,
Non laborat, non triſtatur,
Multo feliciſſimus:
Comitatus in algore,
Panem quærit & ſudore,
Vir infeliciſſimus,

Solus

Solus patria cæleſtis,
Ciuis fuit, mox agreſtis,
Conſors fit exilij:
Solus fuit immortalis,
Comitatus fit mortalis,
Primi exors ſolij.
Vnde diſcas quid ſperare,
Aut qui poſſis expectare,
De puella ſocia:
Si ſolum pulchre florẽtem,
Socium fecit mœrentem,
In multa miſeria.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati,
Qui ad te volant alati,
Porro à Mundicolis!
Odor hic Abeli gratus
Fuit Enoch hinc tranſlatus,
Vita vir ſanctiſſima:
Noe quoque hic laudatus,
Qui cũ paucis cõſeruatus,
Vixerat iuſtiſſimè.
An putes quod laqueato,
Abrahamus aut aurato,
Conſidet in ſolio:
Quum Dei qui eſt in cœlis,
Gentium pater fidelis,
Fruitur colloquio!
Nec in vrbibus ſedebat,
Quando tres excipiebat
Angelos hoſpitio:
Sed ſub quercu exſpectabat
Peregrinos, quos tractabat,
Splendido conuiuio.
Puteus ille viuentis,
Iſaaco, & videntis
Cæteris ſapidior;
Satis docet, ſolitudo
Quod illi quam multitudo,
Longè eſſet gratior.
Iacob fratris ſupplantator
Scelerumq́; conculcator,
Vbi ſcalam conſpicit?
Moſes, hoſtes precum armis
Cætera totus inermis,
Vbi fuſos aſpicit?
Parcius præclare facta,
Intra vrbes ſunt peracta,
Plurimis præſentibus:
Sed in cellis, ſubve ſolis
Vmbra, Deus ſæpe ſolis
Mira fecit patribus.
O beata ſolitudo
O ſola beatitudo
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati
Qui ad te volant alati
Porro à Mundicolis!
Hic inſignes tot Prophetæ,
Hic inuicti tot Athletæ,
Decertarunt acriter:
Hic & virgines decentes,
Viduæq́; continentes,
Subſtiterunt fortiter.
Dauid ille rex inuictus,
Corde admodum afflictus,
Pro ſuis ſceleribus:
Hinc ſæpiſſimè conflixit,
Hic peccata ſua luxit,
Derelictis vrbibus.

In multis multum peccatur,
Et à vero aberratur
Vel toto itinere:
Sed horſum occaſiones
Minæ, vel promiſſiones
Magno vrgent pondere.
Solis quidem & peccandi,
Et à recto deuiandi
Vt minor occaſio:
Recte quoque ſic agendi,
Eſt, & Deo ſeruiendi
Longe maior ratio.
Ergo turbā ſunt petaces,
Sunt furaces, ſunt rapaces,
Colunt auaritiam:
Solis, Monachi prudentes,
Neceſſarijs vtentes,
Proterunt pecuniam.
Hinc in mundo ſunt elati,
Sicut vt res ſunt inflati,
Turgidi iactantia:
Non ſic iſti, qui demiſſi,
Omni homini ſubmiſſi,
Negligunt ſublimia.
Hinc Mundani falſum iurant
Homines, nec Deos curant,
Se ſolos reſpiciunt.
Hi præ oculis habentes,
Et Deum ſemper timentes.
Neminem deſpiciunt.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati,
Qui ad te volant alati,
Porro à Mundicolis!

Solitudo natum pellit
Omne ad bonum impellit
Solitudo aſſicit:
Solis Mūdus malis gaudet,
Et mali nihil non audet:
Multos Mundus inficit.
Solitudo viros fingit
Bonos, & malos refingit;
Solitudo perficit.
Mūdus plurimos diſperdit,
Et atro veneno perdit;
Mundus multos conficit.
Solitudo ad fabellas
Non admittit intra cellas
Vllius conſortium:
Aſt Mundus abſq; delectu
Magno garrulis affectu,
Cunctis pandit oſtium.
Solitudo hoſpitalis
Eſt & multum liberalis;
Læta fratres excipit:
Mundus nulli ſe exponit,
Nulli bono menſam ponit,
Nec egenos recipit.
Nulla lis eſt in Eremo;
Vbi pro terrenis nemo.
Inuadendis militat:
Sed Mūdus pro deuaſtādis,
Aut pro regnis occupādis,
Vel armis ſollicitat.
Interim nil cella curat,
Siue bellum Scotos vrat,
Siue Anglos obruat:
Siue hoſtis in Hiſpanos,
Seu in Suenos, ſeu in Da-
Seu in Gallos irruat. (nos,

O bea-

O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati,
Qui ad te volant alati
Porrò à Mundicolis!
Hei quot Mũdus celat vncos!
Hamos quot iacit aduncos!
Quot tendit inſidias!
Hei quot laqueos abſcõdit!
Quot muſcipulas recondit!
Quot tegit aſtutias?
Mundus, Caro, & Satanas
Animas quot perdunt ſanas?
Quot mittunt ad inferos?
Mundus, Caro & ſatanas,
Hei quot res promittũt va-
Vt defraudẽt ſuperos? (nas,
Tamen tuti ſunt præfortes
Monachi, motus exortes,
Qui ſp rant ad prælia:
Quamuis enim ſoli degãt,
Nec ſe mundi armis tegant;
Sunt muniti gratia.
Nemo diris hic terretur
Nemo mortem hic veretur
Tanta eſt fiducia.
Nemo aſp ris diffidit,
Nemo proſperis confidit:
Tanta eſt prudentia.
Sed ſeu venti ſint diuerſi,
Seu fauentes ſeu aduerſi,
In vita diſcurſibus;
Iſti ſemper laudes dicunt,
Grates agunt, benedicunt
In lætis ac triſtibus.

Sciunt enim abundare,
Et ærumnas tolerare,
Si Deus voluerit:
Sciunt quoque ieiunare,
Et ſubinde manducare
Vt, res, cunque tulerit.
O beata ſolitudo
O ſola beatitudo
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidatì
Qui ad te volant alati
Porro à Mundicolis!
Sæpè quod eſt præſtitutum,
Et quod ſemel eſt ſtatutum,
Renouant propoſitum.
Vt ſe ipſis fortiores
Exequatur per Maiores
Quicquid eſt impoſitum.
Sed & numine repleti
Sunt in omnibus diſcreti,
Vt iubet fraternitas.
Et nunc paulum curioſi,
Nunc edunt nil ſcrupuloſi,
Quicquid dictat æquitas.
Sæpe ſunt tam abſtinentes,
Vt nolint, quamuis egentes,
Vti neceſſarijs:
Rurſum cernas charitate,
Siue motos pietate,
Vſos eſſe varijs:
Sæpè tantum ſubiicendo
Præſunt, quantum colloquẽdo
Auidi ſilentij:
Sæpe mœſtis conſulendo
Plus proſunt, quã reticẽdo,
Diuites conſilij.

Surſum

Surſum verſum corda gerunt,
Surſum cogitatus ferunt,
Et pia ſuſpiria.
Surſum ſpem, fidẽ attollũt,
Surſum Charitatẽ tollunt,
Surſum vehunt gaudia.
Surſum contemplationes,
Surſum meditationes,
Surſum deſideria:
Surſum totus eſt affectus;
Vnde mentis eſt profectus,
Et virtutum præmia.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati,
Qui ad te volant alati.
Porro à Mundicolis!
Solem maius luminare
Sydera illuminare
Vt minora cernimus;
Monachos ſic eminere,
Cæteriſquè prælucere,
In hac vita credimus.
Hi Deo ſeſe conformant,
Dei ſe ad verbum formant,
Deo ſeſe vniunt:
Seſe in Deum transmutãt,
Se abſorbent, ſe cõmutant,
Se Deos efficiunt.
Deo votis ſe aſſignant,
Se & omnia reſignant,
Sub eius Dominio:
Nihil ſtudent, nec conãtur
Quã Dei, quẽ venerantur,
Obſequij imperio.

Ab externis ſe auertunt,
Se introrſum prorſum vertũt,
Se in Deo colligunt:
Si ſecunda nunc immittat,
Nũc aduerſa Deus mittat,
Æquè ipſum diligunt.
Nihil ſunt (hoc primũ diſcũt)
Nil habent, nil concupiſcunt,
Solum Deum ambiunt:
Ipſo ſolo ſunt contenti,
Cuius bona pia menti
Affatim ſufficiunt.
Nullum ſibi bonum ſcribunt,
Deo omnia aſſcribunt,
Et bonis ſpiritibus:
Malum Deo nullũ ſcribũt,
Sibi omnia aſſcribunt,
Et malis ſpiritibus.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati,
Qui ad te volant alati,
Porro à Mundicolis!
Abſque creaturis degunt,
Se ſuoſq; ſenſus regunt,
Se curis expediunt:
Linguam valde continẽter
Oculos indeſinenter
A vanis cuſtodiunt.
Abſit mentem vt ornatu
Aut guſtu, aut odoratu,
Aut auditu inquinent:
Abſit indecoro luſu
Aut ingenij abuſu
Animam contaminent.

Omnes

Omnes oblectationes,
Atque conſolationes,
Ponunt in Cœleſtibus:
Euge mundi fraudulẽtum,
Et fallax delinimentum,
Viris cedunt mollibus.
Corrigunt affectiones,
Et conceptas actiones,
Si prauas inueniunt:
Cogitatus vitioſos,
Otioſos, ſcrupuloſos,
Velut angues, fugiunt.
Propter Chriſtũ cũcta linquũt.
Patrem matrem derelinquũt
Dulci cum familia:
Vni Chriſto ſe impendunt,
Cuius nomine diuendunt,
Ampla patrimonia.
Imo propter Chriſtum vadũt,
Et in mortem ſeſe tradunt,
Summa cum conſtantia.
Et qui mundo cecidiſſe
Viſi ſunt, vel periiſſe,
Ipſi ſunt in gloria.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Piis ſeceſſicolis!
Quam beati Candidati,
Qui ad te volant alati,
Porro à Mundicolis!
Sæpè & multum tentantur,
Et à multis infeſtantur,
Homines ſanctiſſimi:
Nulli tamẽ hoſti cedunt,
Nec vlli quicquã concedũt
Pugiles fortiſſimi.

Contra Dæmones certare
Et iuſtis familiare
Eſt penè aſſiduum:
Mundi aſtus declinare,
Carnis æſtrum debellare,
Fere eſt continuum.
Dæmones nunc fide ſternunt,
Nunc Dei verbo proſternunt
Multis cum ieiuniis:
Prece quoque ſubiugare,
Illos ſolent, & fugare,
Cruce & vigiliis.
Mundum ſuperant latendo,
Et promiſſa contemnendo,
Mera vt ludibria.
Quod ſi ita non ſuccedat,
Et deſpectus non abſcedat,
Vincunt patientia.
Carnis actus furioſi,
Valde ſunt periculoſi,
Sunt violentiſſimi:
Quũ tamen fide impugnãt,
Aut ieiunio repugnant,
Cedunt velociſſimi.
Sed quid attinet narrare
Hos quod Hoſtes ſuperare
Monachi potuerint?
Quum ſeipſos, vt laterent,
Ac vt Deo adhærerent,
Strenuè deuicerint.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Piis ſeceſſicolis!
Quam beati Candidati,
Qui ad te volant alati,
Porro à Mundicolis!

Viri Dei, & electi
A Mundanis ſunt reiecti,
Ac ſi eſſent ſtolidi:
Verùm pijs deamati
Sunt ab ipſis reputati
Viri valde prouidi.
Illi ipſi Deo chari,
Digni à cunctis amari,
Sunt inuiſi ſeculo:
Et à ſtulto eminentes,
Ac miraculis pollentes,
Deluduntur populo.
Verum qui ſic ſubſannantur,
Et vt fatui putantur,
Qui hic potant flumina:
Speculũ ſunt imprudentũ,
Et ſunt ſal inſipientum,
Sunt & mundi lumina.
Adde qui ſic contemnuntur,
Deprimuntur, exploduntur,
Et qui hic ſunt minimi:
Poſtea exaltabuntur,
Gloria coronabuntur,
Habebuntur maximi.
Quos ſi forte Pharaones
Perſequuntur, aut Nerones;
Abdunt ſe latibulis.
Si iubet Deus prodire,
Pro fide mortem ſubire;
Obuiant periculis.
Poſt enim afflictiones,
Duros poſt mortis agones
Certum eſt reſurgere:
Et per Chriſti *paſſionem,*
Mortem, reſurrectionem,
Sperant ſemper viuere.
O beata ſolitudo
O ſola beatitudo
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati
Qui ad te volant alati
Porro à Mundicolis!
Iam, qui multi hic videntur
Monachi vnum fatentur
Fide, mente, actibus:
Nec ab vno ſunt diſiuncti,
Sed in vnum ſunt cõiuncti,
Mutuis affectibus.
Neque Monachi dicuntur
Tantum, quod cellis abdũtur,
Aut quod ſoli victitant;
Sed quod vno delibuti,
Et ab vno inſtituti,
Vnum bonum quæritant.
Nec idcirco diuiduntur,
Varijs quod diſcernuntur,
Miſtis ve coloribus:
Aut ꝙ mœſtis hi vtuntur,
Hi lætis amiciuntur,
Alijſve veſtibus.
Sed diſtinctis colorati,
Qui putantur ſeparati
His, & his habitibus,
Vnum ſimul Deum volũt,
Indiuiduúmque colunt
Votis vniformibus.
Sciunt enim, quod nitorem
Non curet, neque ſqualorem,
Neque formas veſtium:
Qui manſuetis delectatur,
Et in intimis moratur,
Cordibus credentium.

Sic

Sic de Regulis cenſendum
Ac de multis ſentiendum
Puta, Ceremoniis:
Quæ quantumlibet difformes
Pareant, ſunt pariformes,
Sua ex indicijs.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati Candidati
Qui ad te volant alati
Porro à mundicolis!
Hi athletæ ſunt zeloſi,
Strenui, & animoſi,
Stant pro orthodoxia;
Etſi (vt putas) reſpirant,
Nunquã tamen nõ ſuſpirãt
Pro eius iniuria.
Charitate radicati,
Et fide corroborati,
Ambulant intrepidi:
Cœlum terra miſceatur,
Fractus orbis illabatur,
Permanent impauidi:
Quam humiliter incedunt,
Si quando foras precedunt,
Ad fratrum ſubſidia!
Quã ſunt rerũ negligentes,
Quã ſunt rurſũ diligentes,
In ſui cuſtodia!
Paci ſtudent & quieti,
Velut agni ſunt manſueti,
Omnibus amabiles:
Modo Deo ſint amici,
Nil curant ſi inimici
Mundo ſint odibiles.
Mundus amat adorari,
Per fas nefas dominari,
Et quod iubet agere:
Iſti mundo nec placere,
Didicerunt, nec timere,
Sed palam contemnere.
Mundus floret, ſaltat, ridet,
Nec ſe ipſum ſatis videt
Multa præ ſuperbia:
Interim Sancto Sanctorũ,
Grex abiectus Monachorũ,
Pſallit cum lætitia.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati,
Qui ad te volant alati.
Porro à Mundicolis!
Pſallunt mane abſque mora
Prima, tertia, quæ hora,
Ante ſolis aditum:
Sexta, nona, veſpertina,
Pſallunt hora, ſed diuina
Complent ſub accubitum.
Sed & carnis ſauciata
Et ſuomode vitiata
Vt petant remedia:
Sæpius euigilantes,
Et ad preces feſtinantes
Nocte ſurgunt media.
Quos ſi videas plorantes
Si pſallentes, ſi orantes,
Suis pro reatibus:
Mirum ſi non ipſe plores,
Si non pſallas ſi non ores,
Pro tuis criminibus?

Adeò ſeſe ſubmittunt,
Sè proſternunt, ſe demittunt,
Vt ſi eſſent infimi:
Tam profuſe lachrymãtur,
Sic vindictam deprecãtur,
Vt ſi eſſent peſſimi.
At non fruſtra plurimarum,
Riuos fundunt lacrymarum,
Nec ſunt fruſtra ſupplices:
Nam humilibus addictus
Deus, ac velut obſtrictus,
Semper audit ſimplices.
Hei ter quater infelices
Nos, ſed illos ô felices
Qui hic curant ardua!
Sic enim fas inuenire,
Gratiam & peruenire,
Ad regna perpetua.
O beata ſolitudo
O ſola beatitudo
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati
Qui ad te volant alati
Porro à Mundicolis!
Sed non ſemper ſoli mœrent
Monachi, nec ſemper hærent,
Intra oratoria:
Sed ob cauſas conuenire
Illis licet, & exire,
Ad pia colloquia.
Quando autem congregãtur,
Non defiuolis nugantur,
Nec enarrant ſomnia.
Sed de ſumma maieſtate,
Et Chriſti humanitate,
Prima eſt materia:
Mox de culpis extirpandis,
Et ſilentijs ſeruandis,
De Dei iuſtitia:
De ærumnis inferorum,
De triumphis ſuperorum,
Multa tractant ſeria.
Poſt hac de tentatione,
Et exercitatione,
Grauis ſermo oritur:
Multum & Dei narrandis
Et donis enumerandis,
Temporis impenditur.
Quam de gratijs agendis,
Et de laudibus canendis,
Hilares definiunt?
Ad diem illum ſupremum
Et iudicium extremum,
Quo fletu diſcutiunt?
Interim in cruce Chriſti,
Ac in morte eius triſti,
Lætaqúe victoria,
Inter iſtos ſeruos Dei
Fide firmos, plenos ſpei,
Tota eſt memoria.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati,
Qui ad te volant alati,
Porro à Mundicolis!
Iam quum ſacris operantur,
Aut dum ſacra celebrantur,
Et ſacris communicant:
Quo affectu ſe adornant
Vel quo mundo ſe exornãt,
Quibus ſe purificant?

Qualia

Qualia tum meditantur,
Qualia tunc ſpeculantur,
Quæ tunc mente agitant?
Dices ꝙ Chriſto immerſi
Et à cunctis quod auerſi,
Extra ſeſe volitant.
Tali veneratione,
Tali trepidatione,
Hanc ad cœnam adeunt:
Tali exultatione,
Tali modulatione,
Ab hac menſa abeunt.
Sed huc quoties accedunt,
Ne offendant quum recedunt,
Aut huc quando properant:
Prius per contritionem,
Et veram confeſſionem,
Se culpis exonerant.
Sic demum ſe immortali
Chriſti pane, ac vitali
Corpore communiunt:
Sic demum Chriſti cruore,
Quem noſtri fudit fauore,
Seſe totos fulciunt.
Et ſicut hoc teſtamentum,
Hocq́ curant Sacramentum,
Vt deguſtent candidi:
Ita poſtquam ſunt nutriti,
Cauent, ne ſacris muniti,
Rurſum fiant ſordidi.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Piis ſeceſſicolis!
Quam beati candidati,
Qui ad te volant alati.
Terre à Mundicolis!

Hi quum ſciant rugientem
Beluam, nunquam ſtertentem
Circuire ſedulo:
Cauti, ne perdat, obſiſtunt,
Et multa fide reſiſtunt
Vigiles diluculo.
Huius ergò ſemper ſiſtunt
Chriſto ſeſe, nec deſiſtunt,
Donec exaudierit:
Ergo Cœli pulſant fores,
Neq́ ceſſant pulſatores,
Donec liberauerit.
Hi ſunt qui non infoderunt,
Sed talenta expenderunt,
Ad quæſtam ditiſſimum:
Qui & agros rigauerunt,
Vineam excoluerunt,
Ob lucrum certiſſimum.
Qui & rete ad capturam
Mittunt; minas ad vſuram
Credunt numulario:
Qui & cũcta vendiderũt,
Proq́ vnius dederunt
Margarita precio.
Hi ſunt iugum qui ſuaue
Et illud portant non graue,
Onus euangelicum:
Vt quietem poſſidere,
Vtque fructum obtinere
Valeant ſaluiuicum.
O ſeruos Dei beatos,
Quos cum venerit paratos
Dominus inueniet:
Quos & idem vigilantes,
Ac piè negotiantes,
Rediens reperiet.

¶ 3 O bea-

O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati,
Qui ad te volant alati
Porrò à Mundicolis!
Ecquid tale profert mundus,
Mũdus nil minus quã mũdus,
Mundus immundiſſimus:
Qui nũquam nõ fuit bonis
Sacra vinea colonis
Iure indigniſſimus.
Rara auis eſt in vrbe,
(Ne mendaci crede turba)
Vir abſolutiſſimus:
Sed perfectus in deſerto,
In ſeceſſuq́ue pro certo,
Vir eſt frequentiſſimus.
Nec enim mundanos dicam,
Qui vel vnam mundi micã,
In ſe habent minime:
Sed ad ſanctum illi gregem,
Qui Sanctorũ ſeruant legẽ,
Pertinent aquiſſimè.
Vbi vbi ſis locorum,
Si priorum normam morum
Exprimis legitimè:
Semper eris Deo gratus,
Et cum iuſto computatus,
Populo certiſſimè.
Sodoma quid inquilino,
Licet reprobis vicino,
Quid impura nocuit?
Et lucifero honeſto,
Deo cum ſuis infeſto,
Quid Cœlũ quid profuit?

In mente eſt ſolitudo,
Et vera perfectitudo,
Vbicunque habites:
Interim praſtat, ſecurus,
Quo magis agas, obſcurus,
Si ſeorſim latites.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati,
Qui ad te volant alati,
Porro à Mundicolis!
Nullus locus, vt videmus,
Prius ducit quam eremus,
Ad Cœli palatia:
Nullus mundus ſic ditare,
Nulla vrbes ſic beare,
Nulla poteſt regia.
Nunc vrania benigna,
Digniorum laude digna,
Dic patrum vocabula:
Dic quos cella educarunt,
Et quos viros illuſtrarunt,
Sola habitacula.
Adam ille primus homo,
Pulchro qui deceptus pomo
Seq́ue noſq́ue perdidit,
Solus vixerat beatus,
Solus erat exaltatus
Comitatus cecidit.
Solus gaudet, feriatur,
Non laborat, non triſtatur,
Multo feliciſſimus:
Comitatus in algore,
Panem quarit & ſudore,
Vir infeliciſſimus,

Solus

Solus patria cœleſtis,
Cuius fuit, mox agreſtis,
Conſors fit exilij:
Solus fuit immortalis,
Comitatus ſit mortalis,
Primi exors ſolij.
Vnde diſcas quid ſperare,
Aut qui poſſis expectare,
De puella ſocia:
Si ſolum pulchre florẽtem,
Socium fecit mœrentem,
In multa miſeria.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati,
Qui ad te volant alati,
Porro à Mundicolis!
Odor hic Abeli gratus
Fuit Enoch hinc tranſatus,
Vita vir ſanctiſſima:
Noe quoque hic laudatus,
Qui cũ paucis cõſeruatus,
Vixerat iuſtiſſimè.
An putes quod laqueato,
Abrahamus aut aurato,
Conſidet in ſolio:
Quum Dei qui eſt in cœlis,
Gentium pater fidelis,
Fruitur colloquio!
Nec in vrbibus ſedebat,
Quando tres excipiebat
Angelos hoſpitio:
Sed ſub quercu expectabat
Peregrinos, quos tractabat,
Splendido conuiuio.
Puteus ille viuentis,
Iſaaco, & videntis
Cæteris ſapidior;
Satis docet, ſolitudo
Quod illi quam multitudo,
Longè eſſet gratior.
Iacob fratris ſupplantator
Scelerumq; conculcator,
Vbi ſcalam conſpicit?
Moſes, hoſtes precum armis
Cætera totus inermis,
Vbi fuſos aſpicit?
Parcius præclare facta,
Intra vrbes ſunt peracta,
Plurimis præſentibus:
Sed in cellis, ſubve ſolis
Vmbra, Deus ſæpe ſolis
Mira fecit patribus.
O beata ſolitudo
O ſola beatitudo
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati
Qui ad te volant alati
Porro à Mundicolis!
Hic inſignes tot Prophetæ,
Hic inuicti tot Athletæ,
Decertarunt acriter:
Hic & virgines decentes,
Viduæq; continentes,
Subſtiterunt fortiter.
Dauid ille rex inuictus,
Corde admodum afflictus,
Præ ſuis ſceleribus:
Hæc ſæpiſſimè confluxit,
Hic peccata ſua luxit,
Derelictis vrbibus.

In multis multum peccatur,
Et à vero aberratur
Vel toto itinere:
Sed horſum occaſiones
Mina, vel promiſſiones
Magno vrgent pondere.
Solis quidem & peccandi,
Et à recto deuiandi
Vt minor occaſio:
Recte quoque ſic agendi,
Eſt, & Deo ſeruiendi
Longe maior ratio.
Ergo turbæ ſunt petaces,
Sunt furaces, ſunt rapaces,
Colunt auaritiam:
Solis, Monachi prudentes,
Neceſſarijs vtentes,
Proterunt pecuniam.
Hinc in mundo ſunt elati,
Sicut vt res ſunt inflati,
Turgidi iactantia:
Non ſic iſti, qui demiſſi,
Omni homini ſubmiſſi,
Negligunt ſublimia.
Hinc Mundani falſum iurant
Homines, nec Deos curant,
Se ſolos reſpiciunt.
Hi pra oculis habentes,
Et Deum ſemper timentes.
Neminem deſpiciunt.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati,
Qui ad te volant alati,
Porro à Mundicolis!

Solitudo natum pellit
Omne ad bonum impellit
Solitudo afficit:
Solis Mũdus malis gaudet,
Et malè nihil non audet:
Multos Mundus inficit.
Solitudo viros fingit
Bonos, & malos refingit;
Solitudo perficit.
Mũdus plurimos diſperdit,
Et atro veneno perdit;
Mundus multos conficit.
Solitudo ad fabellas
Non admittit intra cellas
Vllius conſortium:
Aſt Mundus abſq; delectu
Magno garrulis affectu,
Cunctis pandit oſtium.
Solitudo hoſpitalis
Eſt & multum liberalis;
Læta fratres excipit:
Mundus nulli ſe exponit,
Nulli bono menſam ponit,
Nec egenos recipit.
Nulla lis eſt in Eremo;
Vbi pro terrenis nemo.
Inuadendis militat:
Sed Mũdus pro deuaſtãdis,
Aut pro regnis occupãdis,
Vel armis ſollicitat.
Interim nil cella curat,
Siue bellum Scotos vrat,
Siue Anglos obruat:
Siue hoſtis in Hiſpanos,
Seu in Suecos, ſeu in Danos,
Seu in Gallos irruat.

O bea-

O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati,
Qui ad te volant alati
Porrò à Mundicolis!
Hei quot Mũdus celat vncos!
Hamos quot iacit aduncos!
Quot tendit inſidias!
Hei quot laqueos abſcõdit!
Quot muſcipulas recondit!
Quot tegit aſtutias?
Mundus, Caro, & Satanas
Animas quot perdunt ſanas?
Quot mittunt ad inferos?
Mundus, Caro & ſatanas,
Hei quot res promittũt va-
Vt defraudẽt ſuperos? (nas,
Tamen tuti ſunt præfortes
Monachi, motus exortes,
Qui ſperant ad prælia:
Quamuis enim ſoli degãt,
Nec ſe mundi armis tegant;
Sunt muniti gratia.
Nemo diris hic terretur
Nemo mortem hic veretur
Tanta eſt fiducia.
Nemo aſperis diffidit,
Nemo proſperis confidit:
Tanta eſt prudentia.
Sed ſeu venti ſint diuerſi,
Seu fauentes ſeu aduerſi,
In vita diſcurſibus;
Iſti ſemper laudes dicunt,
Grates agunt, benedicunt
In lætis ac triſtibus.
Sciunt enim abundare,
Et ærumnas tolerare,
Si Deus voluerit:
Sciunt quoque ieiunare,
Et ſubinde manducare
Vt, res, cunque tulerit.
O beata ſolitudo
O ſola beatitudo
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati
Qui ad te volant alati
Porro à Mundicolis!
Sæpè quod eſt præſtitutum,
Et quod ſemel eſt ſtatutum,
Renouant propoſitum.
Vt ſe ipſis fortiores
Exequatur per Maiores
Quicquid eſt impoſitum.
Sed & numine repleti
Sunt in omnibus diſcreti,
Vt iubet fraternitas.
Et nunc paulum curioſi,
Nunc edunt nil ſcrupuloſi,
Quicquid dictat æquitas.
Sæpe ſunt tam abſtinentes,
Vt nolint, quamuis egentes,
Vti neceſſarijs:
Rurſum cernas charitate,
Siue motos pietate,
Vſos eſſe varijs:
Sæpè tantum ſubticendo
Pròſunt, quantum colloquẽdo
Auidi ſilentij:
Sæpe mœſtis conſulendo
Plus proſunt, quã reticẽdo,
Diuites conſilij.

Surſum

Surſum verſum corda gerunt,
Surſum cogitatus ferunt,
Et pia ſuſpiria.
Surſum ſpem, fidē attollūt,
Surſum Charitatē tollunt,
Surſum vehunt gaudia.
Surſum contemplationes,
Surſum meditationes,
Surſum deſideria:
Surſum totus eſt affectus;
Vnde mentis eſt profectus,
Et virtutum præmia.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs receſſicolis!
Quam beati candidati,
Qui ad te volant alati.
Porro à Mundicolis!
Solem maius luminare
Sydera illuminare
Vt minora cernimus;
Monachos ſic eminere,
Cæteriſque prælucere,
In hac vita credimus.
Hi Deo ſeſe conformant,
Dei ſe ad verbum formant,
Deo ſeſe vniunt:
Seſe in Deum tranſmutāt,
Se abſorbent, ſe cōmutant,
Se Deos efficiunt.
Deo votis ſe aſſignant,
Se & omnia reſignant,
Sub eius Dominio:
Nihil ſtudent, nec conātur
Quā Dei, quē venerantur,
Obſequij imperio.

Ab externis ſe auertunt,
Se introrſum prorſum vertūt,
Se in Deo colligunt:
Si ſecunda nunc immittat,
Nūc aduerſa Deus mittat,
Æquè ipſum diligunt.
Nihil ſunt (hoc primū diſcūt)
Nil habent, nil concupiſcunt,
Solum Deum ambiunt:
Ipſo ſolo ſunt contenti,
Cuius bona pia menti
Affatim ſufficiunt.
Nullum ſibi bonum ſcribunt,
Deo omnia aſſcribunt,
Et bonis ſpiritibus:
Malum Deo nullū ſcribūt,
Sibi omnia aſſcribunt,
Et malis ſpiritibus.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs receſſicolis!
Quam beati candidati,
Qui ad te volant alati,
Porro à Mundicolis!
Abſque creaturis degunt,
Se ſuoſque ſenſus regunt,
Se curis expediunt:
Linguam valde continēter
Oculos indeſinenter
A vanis cuſtodiunt.
Abſit mentem vt ornatu
Aut guſtu, aut odoratu,
Aut auditu inquinent:
Abſit indecoro luſu
Aut ingenij abuſu
Animam contaminent.

Omnes

Omnes oblectationes,
Atque conſolationes,
Ponunt in Cœleſtibus:
Euge mundi fraudulẽtum,
Et fallax delinimentum,
Viris cedunt mollibus.
Corrigunt affectiones,
Et conceptas actiones,
Si prauas inueniunt:
Cogitatus vitioſos,
Otioſos, ſcrupuloſos,
Velut angues, fugiunt.
Propter Chriſtũ cũcta linqu-(unt.
Patrem matrem derelinquũt
Dulci cum familia:
Vni Chriſto ſe impendunt,
Cuius nomine diuendunt,
Ampla patrimonia.
Imo propter Chriſtum vadũt,
Et in mortem ſeſe tradunt,
Summa cum conſtantia.
Et qui mundo cecidiſſe
Viſi ſunt, vel periiſſe,
Ipſi ſunt in gloria.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Piis ſeceſſicolis!
Quam beati Candidati,
Qui ad te volant alati,
Porro à Mundicolis!
Sæpè & multum tentantur,
Et à multis infeſtantur,
Homines ſanctiſſimi:
Nulli tamẽ hoſti cedunt,
Nec vlli quicquã concedũt
Pugiles fortiſſimi.

Contra Dæmones certare
Et iuſtis familiare
Eſt penè aſſiduum:
Mundi aſtus declinare,
Carnis æſtrum debellare,
Fere eſt continuum.
Dæmones nunc fide ſternunt,
Nunc Dei verbo proſternunt
Multis cum ieiuniis:
Prece quoque ſubiugare,
Illos ſolent, & fugare,
Cruce & vigiliis,
Mundum ſuperant latendo,
Et promiſſa contemnendo,
Mera vt ludibria.
Quod ſi ita non ſuccedat,
Et deſpectus non abſcedat,
Vincunt patientia.
Carnis aſtus furioſi,
Valde ſunt periculoſi,
Sunt violentiſſimi:
Quũ tamen fide impugnãt,
Aut ieiunio repugnant,
Cedunt velociſſimi.
Sed quid attinet narrare
Hos quod Hoſtes ſuperare
Monachi potuerint?
Quum ſeipſos, vt laterent,
Ac vt Deo adhærerent,
Strenuè deuicerint.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Piis ſeceſſicolis!
Quam beati Candidati,
Qui ad te volant alati,
Porro à Mundicolis!

Viri Dei, & electi
A Mundanis ſunt reiecti,
Ac ſi eſſent ſtolidi:
Verùm pijs deamati
Sunt ab ipſis reputati
Viri valde prouidi.
Illi ipſi Deo chari,
Digni à cunctis amari,
Sunt inuiſi ſeculo:
Et à ſtulto eminentes,
Ac miraculis pollentes,
Deluduntur populo.
Verum qui ſic ſubſannantur,
Et vt fatui putantur,
Qui hic potant flumina:
Speculũ ſunt imprudentũ,
Et ſunt ſal inſipientum,
Sunt & mundi lumina.
Adde quis ſic contemnuntur,
Deprimuntur, exploduntur,
Et qui hic ſunt minimi:
Poſtea exaltabuntur,
Gloria coronabuntur,
Habebuntur maximi.
Quos ſi forte Pharaones
Perſequuntur, aut Nerones;
Abdunt ſe latibulis.
Si iubet Deus prodire,
Pro fide mortem ſubire;
Obuiant periculis.
Poſt enim afflictiones,
Duros poſt mortis agones
Certum eſt reſurgere:
Et per Chriſti *paſſionem,*
Mortem, reſurrectionem,
Sperant ſemper viuere.

O beata ſolitudo
O ſola beatitudo
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati
Qui ad te volant alati
Porro à Mundicolis!
Iam, qui multi hic videntur
Monachi vnum fatentur
Fide, mente, actibus:
Nec ab vno ſunt diſiuncti,
Sed in vnum ſunt cõiuncti,
Mutuis affectibus.
Neque Monachi dicuntur
Tantum, quod cellis abdũtur,
Aut quod ſoli victitant;
Sed quod vno delibuti,
Et ab vno inſtituti,
Vnum bonum quæritant.
Nec idcirco diuiduntur,
Varijs quod diſcernuntur,
Miſtisve coloribus:
Aut ꝙ mœſtis hi vtuntur,
Hi lætis amiciuntur,
Alijſve veſtibus.
Sed diſtinctis colorati,
Qui putantur ſeparati
His & his habitibus,
Vnum ſimul Deum volũt,
Indiuiduùmque colunt
Votis vniformibus.
Sciunt enim quod nitorem
Non curet, neque ſqualorem,
Neque formas veſtium:
Qui manſuetis delectatur,
Et in intimis moratur,
Cordibus credentium.

Sic

Sic de Regulis cenſendum
Ac de multis ſentiendum
Puta, Ceremonijs:
Quæ quantũlibet difformes
Pareant, ſunt pariformes,
Sunt ex indicijs.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati Candidati
Qui ad te volant alati
Porro à mundicolis!
Hi athletæ ſunt zeloſi,
Strenui, & animoſi,
Stant pro orthodoxia:
Etſi (vt putas) reſpirant,
Nunquã tamen nõ ſuſpirãt
Pro eius iniuria.
Charitate radicati,
Et fide corroborati,
Ambulant intrepidi:
Cœlum terræ miſceatur,
Fractus orbis illabatur,
Permanent impauidi:
Quam humiliter incedunt,
Si quando foras procedunt,
Ad fratrum ſubſidia!
Quã ſunt rerũ negligentes,
Quã ſunt rurſũ diligentes,
In ſui cuſtodia!
Paci ſtudent & quieti,
Velut agni ſunt manſueti,
Omnibus amabiles:
Modo Deo ſint amici,
Nil curant ſi inimici
Mundo ſint odibiles.
Mundus amat adorari,
Per fas nefas dominari,
Et quod iubet agere:
Iſti mundo nec placare,
Didicerunt, nec timere,
Sed palam contemnere.
Mundus floret, ſaltat, ridet,
Nec ſe ipſum ſatis videt
Multa præ ſuperbia:
Interim Sacro Sanctorũ,
Grex abiectus Monachorũ,
Pſallit cum lætitia.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati,
Qui ad te volant alati.
Porro à Mundicolis!
Pſallunt mane abſque mora
Prima, tertia quæ hora,
Ante ſolis aditum:
Sexta, nona, veſpertina,
Pſallunt hora, ſed diuina
Complent ſub occubitum.
Sed & carnis ſauciata
Et ſuomde vitiata
Vt petant remedia:
Sæpius euigilantes,
Et ad preces feſtinantes
Nocte ſurgunt media.
Quos ſi videas plorantes
Si pſallentes, ſi orantes,
Suis pro reatibus:
Mirum ſi non ipſe plores,
Si non pſallas, ſi non ores,
Pro tuis criminibus?

Adeò ſeſe ſubmittunt,
Sè proſternunt, ſe demittunt,
Vt ſi eſſent infimi:
Tam profuſe lachrymãtur,
Sic vindictam deprecãtur,
Vt ſi eſſent peſſimi.
At non fruſtra plurimarum,
Riuos fundunt lacrymarum,
Nec ſunt fruſtra ſupplices:
Nam humilibus addictus
Deus, ac velut obſtrictus,
Semper audit ſimplices.
Hei ter quater infelices
Nos, ſed illos ô felices
Qui hic curant ardua!
Sic enim fas inuenire,
Gratiam & peruenire,
Ad regna perpetua.
O beata ſolitudo
O ſola beatitudo
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati
Qui ad te volant alati
Porro à Mundicolis!
Sed non ſemper ſoli mœrent
Monachi, nec ſemper hærent,
Intra oratoria:
Sed ob cauſas conuenire
Illis licet, & exire,
Ad pia colloquia.
Quando autem congregãtur,
Non de friuolis nugantur,
Nec enarrant ſomnia.
Sed de ſumma maieſtate,
Et Christi humanitate,
Prima eſt materia:
Mox de culpis extirpandis,
Et ſilentijs ſeruandis,
De Dei iuſtitia:
De ærumnis inferorum,
De triumphis ſuperorum,
Multa tractant ſeria.
Poſt hæc de tentatione,
Et exercitatione,
Grauis ſermo oritur:
Multum & Dei narrandis
Et donis enumerandis,
Temporis impenditur.
Quam de gratijs agendis,
Et de laudibus canendis,
Hilares definiunt?
Ad diem illum ſupremum
Et iudicium extremum,
Quo fletu diſcutiunt?
Interim in cruce Chriſti,
Ac in morte eius triſti,
Lætaque victoria,
Inter iſtos ſeruos Dei
Fide firmos, plenos ſpei,
Tota eſt memoria.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati,
Qui ad te volant alati,
Porro à Mundicolis!
Iam quum ſacris operantur,
Aut dum ſacra celebrantur,
Et ſacris communicant:
Quo affectu ſe adornant
Vel quo mundo ſe exornãt,
Quibus ſe purificant?

Qualia tum meditantur,
Qualia tunc ſpeculantur,
Quæ tunc mente agitant?
Dices q Chriſto immerſi
Et à cunctis quod auerſi,
Extra ſeſe volitant.
Tali veneratione,
Tali trepidatione,
Hanc ad cœnam adeunt:
Tali exultatione,
Tali modulatione,
Ab hac menſa abeunt.
Sed huc quoties accedunt,
Ne offendant quum recedunt,
Aut huc quando properant:
Prius per contritionem,
Et veram confeſſionem,
Se culpis exonerant.
Sic demum ſe immortali
Chriſti pane, ac vitali
Corpore communiunt:
Sic demum Chriſti cruore,
Quem noſtri fudit fauore,
Seſe totos fulciunt.
Et ſicut hoc teſtamentum,
Hocq; curant Sacramentum,
Vt deguſtent candidi:
Ita poſtquam ſunt nutriti,
Cauent, ne ſacris muniti,
Rurſum fiant ſordidi.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs receſſicolis!
Quam beati candidati,
Qui ad te volant alati.
Porro à Mundicolis!

Hi quum ſciant rugientem
Beluam, nunquam ſtertentem
Circuire ſedulo:
Cauti, ne perdat, obſiſtunt,
Et multa fide reſiſtunt
Vigiles diluculo.
Huius ergô ſemper ſiſtunt
Chriſto ſeſe, nec deſiſtunt,
Donec exaudierit:
Ergo Cœli pulſant fores,
Neq; ceſſant pulſatores,
Donec liberauerit.
Hi ſunt qui non infoderunt,
Sed talenta expenderunt,
Ad quæſtam ditiſſimum:
Qui & agros rigauerunt,
Vineam excoluerunt,
Ob lucrum certiſſimum.
Qui & rete ad capturam
Mittunt; minas ad vſuram
Credunt numulario:
Qui & cũcta vendiderũt,
Proq; vnius dederunt
Margarita precio.
Hi ſunt iugum qui ſuaue
Et illud portant non graue,
Onus euangelicum:
Vt quietem poſſidere,
Vtque fructum obtinere
Valeant ſaluiuicum.
O ſeruos Dei beatos,
Quos cum venerit paratos
Dominus inueniet:
Quos & idem vigilantes,
Ac piè negotiantes,
Rediens reperiet.

¶ 3 *O bea-*

Solus patria cœleſtis,
Cinis fuit, mox agreſtis,
Conſors fit exilij:
Solus fuit immortalis,
Comitatus fit mortalis,
Primi exors ſolij.
Vnde diſcas quid ſperare,
Aut qui poſſis expectare,
De puella ſocia:
Si ſolum pulchre florẽtem,
Socium fecit mœrentem,
In multa miſeria.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati,
Qui ad te volant alati,
Porro à Mundicolis!
Odor hic Abeli gratus
Fuit Enoch hinc tranſlatus,
Vita vir ſanctiſſima:
Noe quoque hic laudatus,
Qui cũ paucis cõſeruatus,
Vixerat iuſtiſſimè.
An putes quod laqueato,
Abrahamus aut aurato,
Conſidet in ſolio:
Quum Dei qui eſt in cœlis,
Gentium pater fidelis,
Fruitur colloquio!
Nec in vrbibus ſedebat,
Quando tres excipiebat
Angelos hoſpitio:
Sed ſub quercu expectabat
Peregrinos, quos tractabat,
Splendido conuiuio.
Puteus ille viuentiũ,
Iſaaco, & videntis
Cæteris ſapidior;
Satis docet, ſolitudo
Quod illi quam multitudo,
Longè eſſet gratior.
Iacob fratris ſupplantator
Scelerumq́; conculcator,
Vbi ſcalam conſpicit?
Moſes, hoſtes precum armis
Cætera totus inermis,
Vbi fuſos aſpicit?
Parcius præclare facta,
Intra vrbes ſunt peracta,
Plurimis præſentibus:
Sed in cellis, ſub vel ſolis
Vmbra, Deus ſæpe ſolis
Mira fecit patribus.
O beata ſolitudo
O ſola beatitudo
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati
Qui ad te volant alati
Porro à Mundicolis!
Hic inſignes tot Propheta,
Hic inuicti tot Athleta,
Decertarunt acriter:
Hic & virgines decentes,
Viduæq́; continentes,
Subſtiterunt fortiter.
Dauid ille rex inuictus,
Corde admodum afflictus,
Pro ſuis ſceleribus:
Hic ſæpiſſimè conflixit,
Hic peccata ſua luxit,
Derelictis vrbibus.

Vigil hic Nazianzenus,
Et magnus Cappadocenus,
Longo exercitio:
Annis tredecim probati,
Merito ſunt decorati,
Chriſti pontificio.
His Chryſoſtomum adiungẽs,
Nec Eulagium diſiungens,
Adde Athanaſium:
Adde quoque Emiſenum
Et pium Samoſatenum,
Et clarum Euagrium.
Chronium, Seuerianum,
Dorotheum, Iulianum,
Pamphilum, Arſenium:
Theodorum, Iſidorum,
Abraam, Heliodorum,
Demnion Paphnutium.
Et quum differo Martinum,
Willibrordum, Cœleſtinum,
Lullum, Bonifacium?
Quid ad oram Phrygiẽſem,
Exulem, Pictauienſem
Tranſeo Hilarium?
Nefas fuerit Brunones,
Præterire & Hugones,
Et cellas Carthuſias:
Culpa nec minor Amones,
Præterire & Pantones,
Et caſas Ægyptias:
Et æquum ſit Benedictum,
Vere illum Benedictum,
Milleq́ue collegia:
Et melliflui Bernhardi
Subticere & Lunardi
Sacra ſodalitia?

O beata ſolitudo
O ſola beatitudo
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati
Qui ad te volant alati
Porro à Mundicolis!
Penetra Caſinum montem,
Vallem claram, clarũ fontem,
Fac, quæſo, periculum:
Luſtra oras Aſianas,
Europæas, Aphricanas,
Totum orbis circulum:
O quot celebres offendes,
O quot pios deprehendes,
Viros hic aſceticos!
O quantũ & tũc gaudebis,
Quum numeros videbis,
Viros theoreticos.
Hic videbis Auguſtinum,
Et Ameroſium diuinum,
Vix dum imitabiles:
Hic Euſebium Doctorem,
Hic Gregorium Paſtorem,
Patres admirabiles:
Hic precedant Pramonſtrati,
Cultu candido ornati,
Ieſuiq́ue feruidi:
Hic occurrent Wilhelmita
Carmelita, Ioannita,
Minimiq́ue pallidi.
Hic Sancti Cluniacenſes,
Integri Ciſtertienſes,
Duri Ciliciferi:
Hic demiſſi Franciſcani,
Hic graues Dominicani,
Forteſq́ue Crucigeri.

Sed ſtellas vult computare,
Qui vult Patres numerare,
Sacra ſolitudinis.
Tot addicti amatores,
Tot olim erant cultores,
Huius quietudinis:
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati Candidati,
Qui ad te volant alati,
Porro à Mundicolis!
At quis fœminas narrabit,
Virginumq; indagabit,
Ca a contubernia?
Quis harum integritatem,
Scribetq; alacritatem,
Dicet exercitia?
Quis Anitam, quis Albinam,
Iphigeniam, Sabinam,
Candidam, Gelaſiam? (nam,
Aut quis memoret Mara-
Alexandram, Iulianam,
Marthamq; Olympiam?
Ægrè ſed tamen Iubinam,
Et tranſilio Saluinam,
Magnam & Syluaniam.
Præter quod eo Bleſillam,
Cum Photina Baſiuillam,
Claram & Melaniam:
Et quid Paulã, aut Marcellã,
Theodoram aut Aſellam
Dicam, aut Euſtochium?
Quum ſola ſignis notare,
Nominare vel recitare,
Nullum poſſis otium.

Nos ad finem aſpiramus,
Et his pauculis putamus
Sat dictum beneuolis:
Nec enim exemplis cultis,
Quãuis veris quantumuis
Satis ſit maleuolis. (multis,
Interim procul diſcedat,
Nec ad ſacra hac accedat,
Quiſquis eſt leuiculus:
Procul abſit hinc prophanꝰ,
Ac Mundi philtro inſanus
Vrbes colat æmulus.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati Candidati,
Qui ad te volant alati,
Porro à Mundicolis!
Age vero qui hac audis,
Cui huius carmen laudis,
Nil, puto, diſplicuit:
Cui nullus blandiendo,
Pollicendo, largiendo,
Mundus nimis placuit.
Age & his excitatus,
Et huc toties vocatus,
Surge, veni, propera:
Hic ſuauius ſedebis,
Hic tranquillius manebis,
Excute tot onera.
Linque Mundo ſuos nummos,
Gloriarum ſperne fumos,
Fuge innoteſcere:
Et poſtquã inemptũ holus,
Dulce ſapit viue ſolus,
Ama deliteſcere.

At pa-

At pater (inquis) obſiſtit,
Et Mater nunquam deſiſtit,
Reuocare fletibus:
Sed & liberi ſubinde,
Me demulcēt hinc & inde,
Dulcibus amplexibus.
Fuge derelicto patre,
Et inuita perge Matre;
Non eſt hac impietas:
Sed ſi per tot moras rūpis,
Si hac vincula diſrumpis,
Hac demum eſt pietas.
Nam licet ſit concedendum,
Et parenti obſequendum
Si quid tibi iuſſerit:
An nō magis auſcultandū,
Et Chriſto obtemperandū,
Quo, te, cunq; traxerit?
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati Candidati,
Qui ad te volant alati,
Porro à Mundicolis!
Non vides calamitoſa,
Turbulenta factioſa,
Tempora triſtiſſima?
Non vides conſcelerata,
Impia exulcerata,
Secula nequiſſima?
Numera, ſi potes, ſectas,
In tam multas partes ſectas,
Numera Hæreticas:
Fallor, ſi non pauciores,
Si non numero minores,
Inuenis Catholicos,
Nec enim tantum Vicanis,
Neque ſolis Oppidanis,
Simulati præſident:
Sed & totas regiones
Regna, aulas, ditiones,
Violenti poſſident.
Templa Dei euerterunt,
Et in ſtabula verterunt,
Multa contumelia:
Virgines conſtuprauerunt,
Viduaſq; affecerunt
Grandi ignominia.
Sacrificijs dicata
Ara ſunt contaminata
Sacraq; Communio:
Miſſa ſacra ſunt abiecta
Ceremonia deſpecta
Vetuſtáque religio.
Dies feſtos ſuſtulerunt,
Venerandas abſtulerunt,
Martyrum exuuias:
Oſſa ſacra combuſſerunt,
Et in flumen proiecerunt,
Cinerum reliquias.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati Candidati,
Qui ad te volant alati,
Porro à Mundicolis!
Diuûm inuocationem,
Simul interceſſionem,
Tollunt & ſuffragium:
Ignem cum presbyteratu,
Cumq; toto Monachatu,
Rident purgatorium

Sacra-

Sacramenta corruperant,
Et ſeptena redegerunt,
Ad multo pauciſſima.
Quidam vnam ſtatuerũt,
Duo aliĵ ſanxerunt,
Tria vel quam plurima.
Nunc Baptiſma iteratur,
Nunc totum obliteratur
Pro ipſorum placito:
Sola fides ſtabilitur,
Opus bonum faſtiditur,
Viuitur pro lubito.
Sacras benedictiones,
Vocant execrationes,
Et meras offucias:
Et exorcizationes
Atque eiurationes
Æſtimant praſtigias.
Quid ſacratũ quod vnguẽtũ,
Magnum initiamentum,
Sordibus inficiunt? (rum,
Quid ritus quod vetuſto-
Patrumquè pientiorum,
Penitus abĳciunt?
Verbum Domini ſecare,
Et pure annunciare,
Seſe ſolos aſſerunt:
Sed nihil quam vitiatum,
Et fœdè adulteratum,
Mentientes adferunt.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pĳs ſeceſſicolis!
Quam beati Candidati
Qui ad te volant alati
Porrò à munditolis!

Crucis admirandum ſignum,
Et tam pretioſum lignum,
Dedignantur colere:
Nec in locis conſecratis,
Nec in adibus priuatis,
Suſtinent reponere.
Quid dicam de Electorum,
Simulachris? aut virorum,
Quid de imaginibus?
Quas omnes has decollatas
Has manus, pedes trũcatas
Tradiderunt ignibus.
Hei quot ſunt dirè tractati,
Nec ſimpliciter mactati,
Viri pientiſſimi:
Sacerdotes non inſulſi
Hei quot tẽplis sũt expulſi,
Ceu canes ſpurciſſimi.
Nihil dicam de rapinis,
Quas ſacrilegi diminis,
Vel ex aris auferunt:
Nec de ſplendidis culinis,
Nec dicam de concubinis,
In quas rapta conferunt.
Petri Cathedra ridetur,
Nec illis pluris habetur,
Quam anilis fabula:
Si quis contra vult docere,
Ac diuerſum perſuadere,
Ducitur pro rabula.
Non agnoſcunt ſanctitatem,
Nec ferunt autoritatem,
Principis Eccleſia,
Cuius conſtitutiones,
Canones & Sanctiones,
Exuſſerunt impie.

O bea-

O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati,
Qui ad te volant alati,
Porro à Mundicolis!
Libros ſacros diſcerpſerunt,
Et picturas expunxerunt,
Sacris cum Hiſtorijs:
Sed & totum (ni vetantur)
Chriſtum tollere conantur,
Noſtris ex memorijs.
Oues Chriſti perduelles,
Orthodoxia rebelles,
Antichriſti milites:
Quando tandem deſiſtetis,
Aut quando reſipiſcetis,
Vos Orci ſatellites?
Sed me piget propalare,
Publicè quæ perpetrare,
Iſtos nondũm piguit:
Quos nec cœlũ defraudare,
Neque terram perturbare,
Hactenus non puduit.
Et adhuc libet ceſſare,
Et in annos protelare,
Vota tam feruentia?
Quæ te ſaga faſcinauit,
Quæ vis mẽtẽ immutauit,
Quæ eſt hæc dementia?
Qui vult picem contrectare,
Se vult ipſum inquinare,
(Vt habet adagium.)
Tu in medio luporum,
Habitans Hæreticorum,
Non times contagium?

Fuge ne inficiaris,
Fuge ne his innoluaris,
Tutas intra latebras:
Fuge peſtes animarum,
Ne æternas furiarum
Incidas in tenebras.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati,
Qui ad te volant alati
Porrò à Mundicolis!
Phœnix Chronius ſeuerus,
Vir ſibi multum auſterus,
Dum mundum effugeret:
Redeundi ſpem adegit,
Et à tergo pontes fregit,
Ne rurſus aufugeret.
Quid cũctaris? quid excuſas?
Quid cauſaris? quid recuſas?
O infœlix anima.
An neſcis quod tẽpus fluit?
Et præceps quod dies ruit?
Quod hora nouiſſima?
Nil eſt cur te ita turbes,
Felix eſt qui fugit vrbes:
Fuge, & beaberis:
Fuge, tace, & quieſce,
Carnis remoram compeſce,
In monte ſaluaberis,
In turba ſtare illæſum,
Et tibi videre Ieſum,
Valde eſt difficile:
Sed in ſycomoro verè
Ipſum ſpiritum videre,
Admodum eſt facile.

Ac tu

At tu triſtior hortantem,
Et gemens audis laudantem,
Huius vitæ ſeriem:
Nempe aliam externam,
Hic fortaſſis vel internam,
Somniaſti requiem.
Vt vis, ſed quum ægrotabis,
Iuſtis lacrymis damnabis,
Omnes Mundi infulas:
Et quum morti propinqua
Tũc, ſed ſero prouocabis, (bis,
Ad beatas cellulas.
O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo,
Pijs ſeceſſicolis!
Quam beati candidati,
Qui ad te volant alati,
Porro à Mundicolis!

CHRONICA HVIVS ENCOMII CONCLVSIO.

SanCtæ VIta praXIn ſCrIpsI
Sponte qVaM ſeqVVntVr IpsI
Vere ſoLItarII
SI offenDo non ſeqVenDo
AVt sI erro DeſCrIbenDo
CeDo: præſtent aLII.

EIVSDEM MVSII INTER VRbanum & Solitarium Colloquium.

VRbanus celebrem Monachum cum viſeret, atq;
Attonitus frontemq́ue hilarem, corpuſq́ue videret,
Vt prius infractum; verbis affatur amicis,
De multiſq́ue rogat hominem (num pectore aperto,
An ficto incertum, niſi quod diſcederet illinc
Nondum perſuaſus tali ſe credere vitæ)
Quicquid id eſt. ſolido ſtantes in ceſpite, tandem
Alternis breuiter vicibus, hæc ſeria tractant.
Et prior Vrbanus, vegeto (inquit) corpore quum ſis,

Ecquid

Ecquid edis quaſo? SOL. panem modicumque polenta
Atq; olus interdum, tenui aut cum lacte legumen.
VRB: Hac tibi ſolus habe: ſed laſſo porrige potum.
SOL: Ecce tibi ante pedes puteus, quantum libet hauri.
VRB: Num carnes comedis? SOL: non ſum lupus. VRB: anne Corinthi
Splendida vaſa tibi? SOL: Samijs iucundius utor.
VRB: Quis coquus eſt? SOL: ignis. VRB: famulus quis? SOL: nolo alere hoſtem
Ipſe domi. VRB: at famula ſaltem caruiſſe moleſtum.
SOL: Tartareas habitat hominum aduerſarius ades.
VRB: Vxorem ſed habes? SOL: non ſic ſum ſtultus vt Orpheus,
Qui nigra, Eurydicen rapturus, limina adiuit.
VRB: Cur pulchras adeo & populoſas deſeris vrbes?
SOL: Cur vrbes linquam? curas & tadia linquo;
Effugio & ſcelerum Lernam, qua ſemper in ipſis
Vrbibus & populis regnant, & noxia menti
Multa ferunt ſecum, qua vita monaſtica neſcit.
VRB: Viuorum interea ſpernens conſortia, quare
In defunctorum ſcriptis tam ſedulus hares?
SOL: Quod minimum à viuis, verbo exemplóq; bonorum
Percipio ex libris vt vix mala paucula carpo:
Sic horum aßiduus lector bona plurima diſco;
VRB: Macte animo fœlix, ſed me diſcedere tempus:
Nauta vocat, mercator adeſt, qui mercibus vſque
A Tanai aduectis, multa prece ſæpè vocatum
Appulit in portum: viſo num fœnora multa,
Adferat, an Vanis fallat mea ſcrinia ſpebus.
SOL: Hei quam difficile eſt, locupletes linquere Mundum
Et ſumma atherei penetrare palatia regni.

DE EC-

DE ECCLESIIS PA-
ROCHIALIBVS.

ET hæc hactenus de Eccleſijs Religioſorum virorum dicta ſufficiunt. Dicturus nunc de Parochialibus, ſciendũ, quod frequentis populi decẽ & octo magnæ & principales in ſtatutis Synodalibus numerentur, quarum nũc vulgaris numerus eſt decem & nouem, ob illam S. Huperti in Paſculo, quæ pro familia Metropolitana acceſſit. Quarum quatuor primariarũ, vt S. Columbæ, S. Martini minoris, S. Laurẽtij & S. Albani Paſtores, in Summa Ara Metropolitanę Eccleſiæ, pro Canonicis præsbyteris miſſas facere poſſunt. Et quia ad S. Vrſulã, S. Cęciliã, & in Capitolio pauci ſunt Canonici, hinc iſtis Capitulis Ampliſſimus Senatus trãſegit, vt Paſtores S. Colũbæ, S. Petri, S. Martini minoris, & S. Albani diuina in Eccleſijs illis adminiſtrẽt. Sed tam prædicti quã cæteri omnes Paſtores, ab Illuſtribus & Reuerẽdiſſimis DD. Præpoſito & Archidiacono Metropolitanæ Eccleſiæ, ſiue eorum loci tenentibus inſtituuntur, & iuriſdictionem accipiunt, vbi prius à poſtulatoribus certis prælatis & magnis Dominis etiam plebeis nonnunquam fuerint præſentati.

Sicque

Sicq́ue inaugurati paſtores ex gremio ſuo vnum eligunt Camerarium, penes quem ſunt priuilegia & acta paſtoratuum, quiq; omnia quæ ad doctrinam & mores pertinent, dirigit. Et cum circa harum Eccleſiarum Origines ob tot earundem tranſlationes, multò tempore in caſſum deſudando, nimia protractione temporis Typographo, alioquin nullis ſumptibus parcenti tædium generaſſem, de cóſilio quorundam auidè nimis Sacrarium exſpectátium, in ijs quæ reſpectu aliarum magis memorabilium fortè minus grata lectori forent, diutius me fruſtra fatigare nolui; ſatis facturum me pietatis amāti confidés, ſi ſeriem Eccleſiarum proſequendo, tactis ex profeſſo patrocinijs & dedicationibus, ſecurum eum redderem, eoſdem fundatores hos agnoſcere, quos & reliquæ agnoſcunt pientiſſimos Colonienſes Præſules & Ciuitatenſes; ſacrarum reliquiarum & quidem Vrſulanarum duntaxat, cæteris interim longè pauperiores eſſe Baſilicis. Ideóque & ipſis Superioribus volentibus, vt ſufficientibus, hiſce rationibus acquieſcens, hærentis in ſalo nauiculæ funé præſcinderem potius quam ſoluerem, facilius beneuolum lectorem veniam daturum ſpero, quod præter morem in prçcedentibus, obſeruatum, rudiori minerua elabo-

ratas has parochias in lucem emittimus. Rogamus autem, Colonienſes vt præfatarum parochialium omnimodam experientiam habentes, pro altera germanica, (quam iam præ manibus habemus) editione, ſi quæ notabilia habeant ad patrię ornamentum maius, nobis communicare dignentur.

XXVIII. ECCLESIA S. COLVMBAE PAROCHIALIS I.

Parochialis hæc Eccleſia inter quatuor principaliores antiquiſſima, Minoritarum Templo adiacens, ab ipſomet S. Seuerino ſub patrocinio S. Columbæ Virg. & Martyris omnipotenti Deo conſecrata eſt, cuius dedicationis dies anniuerſarius, ipſo decollationis S. Ioannis quotannis, celebri proceſſione (in qua miræ & magnitudinis & pulchritudinis argentea S. Columbæ, ſtatua viſitur) fit ſolennis. Et ſunt inter cæteras huius Baſilicæ reliquias, de ſocietate S. Vrſulæ & 11000. conſodalium capitales.
Item ſpina de corona Chriſti:
Maxilla item S. Georgij.

Coſta S. Ruperti Epiſcopi VVormatienſis & Salisburgenſis, qui in Bauaria, Auſtria,

Auſtria, Styria, & toto Norico doctrinam Chriſti mirificè propagauit, ac tandem peractis miſſarum ſolennijs ſpectante populo, animam exhalauit, cuius feſtum Eccleſia 27. Martij concelebrat. *Mart. Vſuardi hac die.*

Notandum porrò, quod hæc vnà cum tribus ſequẽtibus parochijs, ſit priuilegiata, tempore interdicti, diuina peragere, quod lectorem celare noluimus.

XXIX. ECCLESIA S. MARTINI MINORIS, PAROCHIALIS II.

Altera hæc principalior parochia, ad S. Martinum Minorem vocata, non procul à Capitolio ſita, orta eſt mirabili caſu ex Abbatia S. Martini Maioris in Inſula Rheni; Quam Originem cum accuratius Clariſſ. D. Broelmanum propediem in ſua Hiſtoria tractaturum intellexerim, in præſentiarum dimiſi:

Reliquiæ huius Eccleſiæ ſunt hæ.

Pars maxillæ S. Blaſij.

Duæ coſtæ, SS. Sergij & Bachi, nobilium Romanorum, ſub Maximiano Imperatore, in prouincia Auguſta Euphroteſia 7. Octobris martyriſatorum: Quorum Bachus tam diu neruis crudis cęſus eſt, quoadusque toto corpore diſciſſus

in cōfeſſione Chriſti emitteret ſpiritum: Sergius verò clauatis cothurnis pedes indutus, cum in fide fixus maneret, data ſententia iuſſus eſt decollari: cuius nomine, locus vbi quieſcit, Sergiopolis appellatus, ob præclara miracula, frequenti Chriſtianorum cōcurſu honoratur: Quæ reliquiæ Anno 1563. cum omni S. ſuppellectile (ex Sacello his Sacro, ſuperiorum authoritate, ob vici fœditatem demolito) ad hanc ſuam parochiam tranſlatæ ſunt.

Mart. Rom. hac die.

Item coſta S. Barbaræ V. & Martyris vnà cum alijs reliquijs hac in Eccleſia aſſeruatur, cuius dedicationis dies, ipſo Inuentionis S. Crucis annuè celebratur.

XXX. S. LAVRENTII PAROCHIALIS III.

Tertia ex quatuor principalioribus, Parochialis B. Laurentio ſacra vulgo notiſſima, infra ſcriptas ſacras reliquias continet; Primò:

Partem brachij S. Andreæ Apoſtoli.
Partem coxæ S. Laurentij Archileuitæ.
Item de Carbonibus eius, quibus exuſtus fuit.
Partem Caluariæ S. Sebaſtiani.
Item de S. Cruce.

Vide-

Videre eſt in hoc Templo iuxta chorũ, pulchrum Sacellum eidem D. Laurentio ab vno ex 15. Romanis familijs Banirhern/ Hilger von der Steſſen nomine, erectum, qui ibidem ſepultus tali Epitaphio proditur.

Hilgerus obijt, qui viuere turpiter odit.

Excurrit Dedicatio templi anniuerſaria Dominica ſecunda poſt Natiuitatem B. Virginis Mariæ.

XXXI. ECCLESIA S. ALBANI PAROCHIALIS IV.

VLtima hæc ex quatuor principalioribus, parochialis Eccleſia, ſub Patrocinio S. Albani, vulgo vff dem Quattermarck ſita, ſubſequentes S. Reliquias reuerenter aſſeruat.

Primo, Brachium S. VVenceſlai ducis Bohemiæ & Martyris, qui in Boemia in domo Fratris ſui 26. Septembris necatus, Sanctitate & miraculis glorioſus, victor peruenit ad palmam.

Item coſta S. Albani Martyris, qui Moguntiæ poſt longos labores & dura certamina ob Chriſti fidem 21. Iunij factus eſt dignus corona vitæ, iamque decollatus, proprijs manib⁹ caput ſuũ ad ſepulturę locũ (qui multis claruit miraculis) portauit. *Mart. Rom. hac die.*

Item digitum S. Quirini, vnà cum S. Balbinæ ipſius filiæ dente.

Item partem Brachij B. Mariæ Magdalenæ.

Item in magna argentea cruce de ligno S. Crucis partem.

Item mandibulam inferiorem S. Apolloniæ Virginis & Martyris, de qua copioſior mentio ſub Titulo Eccleſiæ Carmelitarum habetur. Et currit Dedicatio Tẽpli ipſo S. Quirini.

XXXII. ECCLESIA S. BRIGIDAE VIRG. PAROCHIAlis V.

PArochia hæc, Eccleſiæ S. Martini Maioris adhærens, ab altera parte plateæ Lintgaſſen iuncta, in honorem S. Brigidæ Virginis Scoticæ erecta eſt: Quæ inter cæteras SS. Reliquias digito vno prætactæ B. Brigidæ Sanctimonialis virginis, cuius feſtum 1. die Februarij occurrit, gaudet tantæ Innocentiæ, vt cum lignum Altaris tetigiſſet, in teſtimonium Virginitatis ſuæ, ſtatim viride factum fuerit. Eccleſiæ verò Dedicatio Dominica poſt Michaelem quotannnis celebratur.

XXXIII. EC-

XXXIII. S. PETRI PAROCHIALIS VI.

ANtiquiſſima Baſilica hæc ſub Patrocinio S. Petri ab ipſo S. Materno erecta, temporis progreſſu in præſentem formam excreuit, quod ſub Titulo Eccleſiæ S. Cæciliæ, cui contigua eſt, prolixius tractauimus, & ipſa Sanctarum de Societate 11000. Virginum reliquiarum diues. Dedicationem Dominica poſt Exaltationem S. Crucis peragens.

XXXIV. ECCLESIA SS. APOSTOLORVM PAROCHIALIS VII.

PArochia hæc non eſt ſeorſim certa lapidum congerie exſtructa, ſed collegiatæ Eccleſiæ SS. Apoſtolorum bey dem NeuMarck incorporata, inter cæteras SS. reliquias reuerenter aſſeruans partẽ Brachij S. Leonhardi confeſſoris; Beati Remigij diſcipuli, qui nobili genere ortus, ſolitariam vitam deligens, ſanctitate & miraculis claruit, ac præcipuè in liberandis captiuis eius virtus enituit. Cuius feſtum 6. Nouembris occurrit, Dedicatio Templi verò, ipſo S. Matthæi.

Mart. Rom. hac die.

q 4 XXXV. EC-

XXXV. ECCLESIA S. CVNIBERTI PAROCHIALIS VIII.

PAr ratio eſt huius Parochiæ cũ præcedenti, in qua S. Antonij Abbatis contẽtam Barbam, in proceſſionibus circumferri ſolitam, certis ſtationibus ſudorem emittere, à magnæ authoritatis viris audiui. Peragiturque Parochiæ huius Dedicatio anniuerſaria, Dominica poſt Exaltationem S. Crucis.

XXXVI. ECCLESIA B. M. MAGDALENAE AD S. SEVERINVM, *Parochialis* IX.

HVius Parochiæ non multum abſimilis conditio eſt: Nam licet è regione S. Seuerini, Sacellum B. M. Magdalenæ ſacrum Parochiæ nomen ſortiatur, ob mortuos puto qui ibidem complẽtur, Diuini tamẽ verbi paſcua ad collegiatum S. Seuerini Templum collocata eſt, Dedicatione prædicti Sacelli occurrente ipſo SS. Simonis & Iudæ.

XXXVII. EC-

XXXVII. Eccleſia S. Ioannis Euangeliſtae in Curia, Parochialis X.

Parochia hæc S. Ioannis Euangeliſtæ conſecrata, ædi metropolitanæ adhærens, ideo in curia vocatur, quod curiæ ſit contigua, vel quod olim pro ſolis Curialibus Epiſcopi eſſet deputata: Inter cæteras SS. reliquias vna tibia decorata S. Dionyſij Areopagitæ, B. Pauli diſcipuli. Hic cum ſupernaturalem ſolis Eclypſin ipſo paſſionis Dominicæ cõſideraſſet, vel Deum pati, vel mundi interitum imminere dixit, Baptizatus ergo à S. Paulo, & Athenienſium Epiſcopus conſtitutus, Romam deinde veniẽs, à B. Clemente Romano Pontifice in Gallias prædicandi gratia directus, Lutetias Pariſiorum deueniens, tandem gladio vnà cum ſocijs Ruſtico & Eleutherio, animaduerſus, & modo Ratiſbonæ apud S. Heymeranum quieſcit. Plura de hoc Dionyſio cap. 17. Act. Apoſtolorum S. Lucas refert. Cuius feſtum 9. Octobris. Parochiæ verò Dedicatio, ipſa decollatione S. Ioannis Baptiſtæ occurrit.

Mart. Rom. hac die.

XXXVIII. ECCLESIA S. IACOBI PAROCHIALIS XI.

BAſilica hæc Parochialis, quondam à S. Annone pro Sacello, B. Iacobo ſacro erecta, Collegiatæ S. Georgij vff der Bach adiacet, dotata SS. Reliquijs, duobus brachijs, vno S. Blaſij, altero, vti ex Tomo Surij folio 717. conſtat, S. Cæſarij Diaconi Martyris, qui tẽpore Claudij Imperatoris anno 270. Taracinæ in Campania dieb⁹ multis in cuſtodia maceratus, poſtea cũ S. Iuliano Præsbytero M. in ſacrũ miſſus, in mare præcipitatus eſt, cuius feſtus dies 1. Nouembris in Eccleſia celebrãdus occurrit. Dedicatio verò Templi anniuerſaria, feria ſecunda Pentecoſtes.

Mart. Caniſij hac die.

XXXIX. ECCLESIA B. M. V. IN Ließkirchen PAROCHIALIS XII.

SIta eſt hæc Parochia B. V. ſacra alias in Lißkirchen dicta, iuxta forum lignorum, & plateã vulgo die groß Wißſchgaſſen appellatam, cognomen, ab ipſis fundatoribus mutuans & ipſa SS. Reliquiarum ex ſocietate S. Vrſulæ diues, Dedicationem in Feſto Exaltationis S. Crucis quotannis celebrans.

XL. EC-

XL. ECCLESIA S. MAVRITII PAROCHIALIS XIII.

ECcleſia hæc Parochialis, vna eademque illa eſt, quæ inter Templum SS. Apoſtolorum & S. Panthaleonis ſub patrocinio S.Mauritij erecta, Deo conſecratis de ordine, S.Benedicti Virginibus aſſignata eſt, ſacris reliquijs præter Vrſulanas pauperior, Parochia Dedicationem ſuam Dominica poſt feſtum S. Vdalrici celebrans.

XLI. ECCLESIA S. IOANNIS BAPT. IVXTA S. CATHARInam, Parochialis XIV.

PArochia hæc nó procul à domo Teutonica, B.Ioanni Baptiſtæ ſacra, ſeptẽ corpora ex ſocietate S.Vrſulę in ſummo Altari continet, inter quæ nominatim S.Virginis Antoninæ febricitãtibus multum deprecabilis, vnum eſt. Et Dedicationem Templi Dominica poſt S. Cuniberti concelebrat.

XLII. ECCLESIA S. HVBERTI, IN PASCVLO PAROchialis XV.

PArochia hæc in Paſculo vulgo dicta, ſummo Templo adhærens, etſi B. Virgini ſacra ſit, ideo tamen à plebe S. Huber-

Huberto conſecrata putatur, quod eiuſdē ſancti digitum cum annulo inter alias reliquias aſſeruet, paſculi cognominationē fortè à paſcua mutuans; Sanctus iſte Dux Aquitaniæ cum adhuc gentilis in die Paraſceues venationi operam daret, imago crucifixi intra cornua cerui ipſi apparens, cōuerſionis anſam præbuit. Tandem poſt longam pie beateque in Eremo tranſactā vitam, diuinitus admonitus Romam ſe cōferret, Leodienſis Antiſtes B. Lamberto ſuccedens, à S. Sergio Romano Pontifice inſtitutus, 30. annis munus Epiſcopale in omni ſanctitate peragens, ibidem in pace mortuus, poſt 16. verò annos adhuc integer inuentus, Ardennam tranſlatus adhuc quieſcit, & annuè 3. Nouembris colitur. Templi dedicatio currente ipſa cōceptione B. V. Mariæ.

Mart. Caniſij hac die.

XLIII. ECCLESIA S. LVPI PAROCHIALIS XVI.

Sextadecima Parochia ſub patrocinio S. Lupi erecta, non procul à Platea S. Maximini, vulgo in der Tranckgaſſen ſita, & ipſa præter Vrſulanas Sanctarum Reliquiarum pauper, Dedicationem Templi annuam Dominica Lætare peragit.

XLIV. EC-

XLIV. ECCLESIA S. PAVLI PAROCHIALIS XVII.

S. Pauli in ordine ſeptimadecima Parochialis Eccleſia, collegiatæ S. Andreæ adiacens, venientibus, per portam flamineam, ad oculũ ſita, pariter SS. Vrſulanarum virginum reliquijs duntaxat æqualiter ornata. Dedicationem Eccleſia Anniuerſariam Dominica poſt vincula Petri concelebrat.

XLV. ECCLESIA B. V. M. AD INDVLGENTIAS, PAROchialis XVIII.

TRibus hæc Parochia ad Indulgentias B.V.Mariæ appellata plateis, vna vulgo in den 16. Häuſern: Altera der alt Graben/tertia Hundtsruck dictis, includitur, inter cæteras SS. Reliquias pollicẽ S. Materni, cuius memoria 14. Septembris feſtiuè colitur, poſſidens, ac Templi Dedicationem Dominica poſt Aſſumptionẽ B.V. Mariæ peragens. *Mart. Caniſij hac die.*

XLVI. ECCLESIA S. CHRISTOPHORI PAROCHIALIS XIX.

ECcclęſia hæc parochialis vltima B. Chriſtophoro ſacra, Collegiatæ S.

Gereo-

Gereonis Baſilicæ adiacens, olim Sacellũ, eo veriſimilius, vel ſaltem ex S. Vrſulanijs reliquijs, alioquin pauper, quid poſſidet, quo vicinior eſt agro Vrſulano. Et celebrat quotannis Dedicationem ſuam Dominica Exaudi.

Atque hæc hactenus de Parochialibus. Nunc de ſanctimonialium Eccleſijs acturi, principium à digniore illa, quæ eſt ad SS. 7. Machabæos, petendum erit.

XLVII. ECCLESIA AD SS. MACHABEOS, SANCTIMONIAlium, Ordinis S. Benedicti, Velatarum I.

BAſilica hæc prima fundatione, ſub patrocinio B. M. Magdalenæ cuiuſdam præpotentis Colonienſis, pro paruo Oratorio, in priuatum ſuum deuotionale cõmodum, quatenus Vrbanis tumultibus nonnunquam ſemotis illic tamquam tum temporis in ſuburbij loco quem vulgo Greynſberg ob natiuum collem appellabant, Deo ſecurius ita liber à curis inſeruire poſſet, exſtructa eſt. Qui poſtmodũ vita functus, vxorem æquè Chriſto deditam reliquiſſet, illa ſpretis ijs quæ mundi ſunt, propaginis ſuæ puellas colligere ſatagens, vitam cum illis induit Monaſticam, acom-

ac omnes facultates ſuas, vt perpetuis temporibus loco in iſto, iugis haberetur memoria liberaliter ſatis, reliquit. Porrò rebus ſe ita habentibus deuotæ quædam mulierculæ, quæ in prædicto ſub vrbano monticulo, ad Cliuum Magdalenæum cognominato, vitam planè religioſam ducebant; Oratorium illud humile incolentes occuparunt. Ijs igitur benè beateque inibi viuentibus, Dei nutu tracta quædam Virgo Sigillindis nomine, ex nobili Britannorum ſtirpe, cum quodam ſacerdote vitæ integerrimę Quirillo comite Coloniam perueniens (vt abſtruſo mentis lumine, verum cœli lumen ſecretior contueretur) ſe ijs adiunxit. Interea Deo ita diſponente, accidit, vt Regia Britannica filia S. Vrſula cum 11000. ſuis virginibus, numeroſa nauium copia, per vaſtum mare Rheniq́ue tramitem, aduentaret; & Sigillindis virgo ceu conterranea, vnà cum Sacerdote ſuo Quirillo, huic ſanctiſſimo comitatui, voti & religionis cauſa ſe adiungeret.
Tranſacta igitur peregrinatione, vbi Romæ (vti antiquiſſima harum Machabæitarum Deo dicatarum Virginum traditio refert) exolutis votis, Sanctiſſimarum hic Virginum cœtus ex Italia in Germaniam rediret; iuxta inclytã Coloniam (vbi ante pieta-

pietatis ſuæ domicilium Magdalenæum Sigilindis reliquerat) in Barbaram Hunnorum gentem, ex tanta fidelium aduentantium turba, commotam, incidens appulit, ac miſeranda ſtrage interijt, prout iſtius loci platea Rhenum verſus declinãs (in qua & ſæpedictum oratorium eſt ſitum) vſque hodie, ager Vrſulanus, vulgo die Blutſtraſſen nomine Greynßberch in hoc commutato, vocatur, ac inter alia ibidem Martyrum, etiam D. Sigillindis & Sacerdotis ſui Quirilli reperta corpora, per fœminas illas Magdalenæas funerata, etiamnum in Machabæorum Baſilica aſſeruata (vt alia quam plurima breuitatis cauſa, loci Machabæitici antiquitatem comprobantia teſtimonia taceam) perhibent; ita vt ex his ſatis ſuperque conſtet, quantumuis humilis ille locus hac Martyrum ſtrage, ac Solini, quem alij Aquilinum vocãt, Epiſcopi Colonienſis quarti, Baſilicę huius ampliatoris, munificentia celebris effectus ſit. Celebriorem autem tractu tẽporis redditum eſſe, SS. 7. Machabæorum aduentus clarius oſtendit: Quorum corpora cum Antiochiæ in Martyrij loco, vſque ad Conſtantini magni Imperatoris tempora, latuiſſent, B. Helena Conſtantini mater, quando terram S. intrabat, inde ſecum Conſtantinopolim abſumpſit, vbi in æde

.i. vicus ſanguinis.

in æde S.Sophiæ iuxta corpora trium Magorum,vſque ad Emanuelis Imperatoris Conſtantinopolitani tempora aſſeruata fuerunt. A quo tum quidam Euſtorgius natione Græcus, Mediolanenſium Epiſcopus,tam trium Magorum quam ſeptem Machabæorum ſacra pignora impetrans, ſecum inde Mediolanum tranſuexit. Mediolano verò Anno M. CLXIIII. (vt ſupra ſub titulo Metropolitanæ Eccleſiæ citauimus) à Friderico eius nominis primo Romanorum Imperatore,ob rebellionẽ graui marte afflicto, atque euerſo;mediãte Reinoldo Cancellario Imperatori familiariſſimo Archiepiſcopo Colonienſi 42.corpora iſta capitibus adhuc ſuperſtitibus,in cineres redacta,ſaccoque incluſa vnà cum tribus Magis ac duobus alijs Mediolanenſibus Sanctis Fœlice & Nabore taliter,qualiter ibidem latius videre eſt, Coloniam ad Magdalenæum Cœnobium in Vrſulano agro ſitum , ideo à cæteris corporibus ſeparata,peruenerunt, vt iurgium inter Canoniſſas ad S. Vrſulam & Magdalænitas has ob Vrſulæi agri poſſeſſionem(quam vtraque pars ſe pia quadam ęmulatione diſceptabat obtinere)obortũ ſedarent, & ſua præſentia eidem nomen tollerent,prout etiam deinceps conſecutum,vt Magdalenitæ hac ratione placatæ

r luben-

lubentes nomini priſtino cederẽt, quemadmodum vulgò ab illo tẽpore obtinuit, vt locus ille *Mauyron*, per abuſum *Mauiren* (quod corruptè Salomonam ſeptẽ virorũ matrẽ ſonat) in hodiernum vſq; diem vocetur. Hinc verſus in ingreſſu Templi:

Hanc Machabæorum matrem dic eſſe virorum.

Vero interim verius in hoc ipſiſſimo fundo Vrſulanas virgines Martyriũ ſubijſſe, præter alia apertiſſima ſupra cõmemorata monimenta, etiam tot literaria in hoc templo Teſtimonium perhibẽt, vt in primo aditu ex oppoſito maioris oſtij ſupra abſidem primam:

Mundi quotidie Eremum vides, hic autem cœleſtem paradiſum & angelicam familiam.

Inde ſupra ſecundam abſidem,

Sanctarum videlicet virginum hic cæſarum, diuorumqúe Machabæorum ex longinquis terris huc aduectorum.

Et ibidem ad Columnam primam, abſidis primæ, in tabula quam Angelus manu tenet.

Hæc eſt terra ferax totam veneranda per orbem.

Cui ad columnam tertiam ſimilis huic reſpondet angelus.

Quæ niſi nudato, non adeunda pede;

Deinde ad parietem ſub choro virginum occidentem verſus,

Vrſulanarum Virginum ſtragem hic ac ſincere, ô viator veneranto.

Et con-

Et conſequenter per latus ſeptentrionale anterioris Templi ſub pictura agminis Virginei trucidati.

Sacrum earundem ſanguinem huic Magdalenæ quondam infuſum ſacello reuerenter colunto.

In ſuperiore parte Templi ante chorũ Virginum, & inde per chorum incircuitu ſub Thecis SS. Reliquiarum.

Ecce triumphales arcus ſuperumq́; Triumphos
Aptaq́ue virgineo pulchra Trophæa choro.
Victor adeſt Chriſtus, victrix eſt Vrſula virgo,
Et Machabæorum palma decora Ducum,
Hic Sanctorum optata quies, optat áque tempe
Qui quondam herboſo hoc procubuere ſolo.
Hi cœlo, terræ, pelago dominantur & aur[illegible],
Et ſummum norunt conciliare Deum.
Non igitur talis toto Theſaurus in orbe,
Exuperans cræſi diuitiaſq́ue Midæ

In chori aditu ſub cruce ex appoſito ſũmi altaris S. Hieronymus ad Cr[illegible]ium.

O fœlicia tecta in quibus cernim[illegible] h[illegible]orum Martyrum coronis cinctam Martyrem [illegible]trem.

Et in choro ipſo.

O quam fragrantia hic redolent Mart[illegible] o[illegible]balſama.
O quam purpurei hic ſpirant Virginum flores.
Hic certè ſunt candidis lilia roſis [illegible]ſta.
Et prata ſpiritualibus venerantia gem[illegible].
Hic vides ſerta quibus dominus coronatur;
Vt in penitiſsimo pectoris tui receſſu

Viuus tibi ſemper, atque cœleſtis ignis exæſtuet ô Colonia.

Quæ demõſtrandi cauſa, Virgines Vrſulanas, non niſi Coloniæ & quidem hoc potiſſimum loco paſſas, apponenda iudicaui, quatenus maiorum noſtrorum tam ſolida teſtificatio, incredulæ poſteritati, abundè ſatis faceret. Tam enim conſtãtes ſunt Colonienſes in hac profeſſione, vt etiamnum viuentes matronæ aliquæ deuotarię affirment, ſe à parentibus hæreditaſſe, quod illorũ ætate fundus ille tempore pluuiali adhuc rubeſcere conſueuiſſet.

Quod autem ad præſentem, eamq́ue tam elegantem ſtructuram (vt comparatione ad alias hîc Coloniæ ritè facta, vix illuſtrior inueniatur) Baſilica hæc deuenerit, caſu incendij Anno 1462. partim Virginum iſtarum ſumptibus, partim ciuium contributione ac induſtria optimi Monaſterij patris Heliæ accidit, cuius funebræ elogium propè altare B. Mariæ ad columnam æri inſcriptũ tale cernitur.

Hic iacet ad læuam fatali candidus vrna
Dignus honore hominum, dignus amore Dei.
Cui fuit Helia nomen, natalis origo
Iulia terra, pagus Mertz ſibi nomen habet.
Hic prius, Aſtreæ cultor, ſtudioſus honeſti,
Atque ſacerdotum gemma decorq́ue fuit,
Otia delicias ſomnos conuiuia ſpernens,
Calcauit cypria colla nefanda Deæ.

Fecit

Fecit & hũc Templi ornatũ dehinc catera fermè
Omnia ſpectator, quaſpecioſa vides.
Sic pia mens, rectiq; tenax & neſcia falſi
Congaudens ſuperis, cœlica regna tenens.

Mirum quantus theſaurus ſacrarum reliquiarum in hac S. ęde conſpiciatur. Nam ſummum altare æneis decoratum columnis, Tumbam deauratis veſtitam laminis concluſam (in qua antedicti Machahæorum ſacco incluſi cineres vnà cum capitibus eorundem aſſeruantur) retinet, quorum anniuerſarius feſtus dies 1. die menſis auguſti celeberrimus in hac Eccleſia occurrit; Paſſi ſunt Antiochiæ ſub Antiocho Rege, ſicuti ex lib. Machabæorum 7. Capite & ſubſequentibus, ſub eorundem huius Baſilicæ ſtatua compræhẽſis verſibus ita formaliter ad longum videre eſt.

Paſſio SS. Machabæorum & Salomæ typus Chriſti & matris eius.

Virgineo Maria latitabat pectore quantus
Dum ſteterat Chriſti ſub cruce mœſta dolor.
En Salomoniaco (niſi quis meminiſſe recuſet
Antiochi) ſiet certior ipſe typo.
Ad caput vſq; ſui geniti pendentis ab imo
Præter vibices viderat illa nihil.
Conſpicit hac ſobolis laceros ſeptemplicis artus
Tortrices inter diriguiſſe manus.
Illa coronari ſpinis ſua viſcera vidit,
Purpureoque ſacrum tingier imbre caput.

Tempora natorum diſcerpta pelle,perungi
Sanguine,luminibus vidit & iſta ſuis.
Illa redemptoris triſtis dolet arida aceti
Ac vitrei ſuccis pectora fellis ali.
Iſta videt ſobolum vocalibus organa linguis
Ne reſonent fieri cominus orba ſuis.
Illa pedes nati clauo feriente manuſq́ue
Durius aridulo ſtipite videt agi.
Iſta adulcſcentum,licet ætas ipſa negaret,
Membra ſecanda videt ſingula ſponte dari.
Illa reſurgentem domito phlegetonte reuiſit,
Deq́; triumphanti gaudia multa tulit.
Iſta reſumpturos ſua ſe corpuſcula natos
Andijt exultans diſſeruiſſe palam.
Hac ratione typi Mariæ Salomona per orbis
Dignius immenſi climita nomen habet.

Porrò ab Altari Summo occidentem verſus ſpectando ſurſum circumquaque Vrſulanarum virginum oſſa cũ capitibus deauratis cancellis comprænhenſa, vbiq; ſe viſenda exhibent. Sed & muri ſuperioris chori adhuc alia 144. SS. capita auro & argento vermiculata continent. Eſt proinde monumentum lapideum in medium chori eleuatum, quod corpus integrum S. Paſtelaſij ArchiEpiſcopi, ex ſocietate S. Vrſulę, cuius fronti telum adhuc infixum cernitur, conſpiciendum præbet; præter cuius corpus adhuc alia tria corpora Epiſcoporum, vt S. Follarij, Marculi, & Macririj; vnà cum ſex alijs, vt Reginæ Geraſ-

mæ &

mæ,& quatuor filiarum eius Babilæ, Iulianæ, Victoreæ, Aureæ,& filioli Adriani corporibus omnia ex ſocietate S. Vrſulæ in eodem Templo continentur. Pariter in medio Templi in erecto lapideo monumẽto, B.Sigillindis V.& Quirilli ſacerdotis corpora aſſeruantur. Sunt præterea eiuſmodi lapidea eleuata ſepulchra per Templi gyrũ parietibus & colũnis ſolerter non pauca connexa, in quibus multarum Virginum & infantium oſſa, mẽbratim in ſingulis ſingula(quæ vnius generis) collocata ſunt. Eſt quoque ad læuã in angulo Templi puteus clauſus,in quem tanquam profundum ſcrobem,poſt patratam Virginum cladem, à Coloniẽſibus, glebæ purpureæ & coagulatus SS. Martyrũ ſanguis infuſus fuit.

Quorum paſſio & funeratio ad introitũ Eccleſiæ in pariete peritiſſimi pictoris opera,licet ſine coloribus,interim tã artificiosè delineata eſt, vt propter exquiſitã venuſtatem,ſæpius ab intelligẽtibus artificium excopiatum fuerit Belgis & Italis.

In eadem baſilica præter recenſitas Vrſulanas, quamplurimæ aliæ religiosè ſeruant Sacroſanctæ reliquiæ. Inter quas illuſtriores ſunt: Spina vna ſpineæ coronæ Domino noſtro Saluatoris Ieſu Chriſti; particula columnæ ad

quam idem Chriſtus D. noſter flagellatus eſt. Pars magna cranij S.Ioachim Deiparæ Virginis Mariæ ; peplum eiuſdem beatiſſimæ Virginis quo velata fuit, quādo aſtabat filio ſuo in cruce morienti; dens vnus S.Iohannis baptiſtæ; duę particulę crucis S.Andreæ;Coſta vna S. Albini protomartyris Angliæ; pars ſindonis cui inuolutum fuit,aſſatum in craticula corpus S.Laurentij &c.

Itaque Magdalenitæ hę,modo Machabeitę ordinis S. Benedicti Sanctimoniales,præter Templum tam elegans,tamque decenter S.Reliquijs ornatum, inſuper & ipſę re & nomine viua Spiritus ſancti Tēpla exiſtentes . Dedicationem celebrant Dominica ante feſtum Exaltationis S. Crucis.

XLVIII. ECCLESIA S. MAVRITII Sanctimonialium Benedictinarum Velatarum II.

ECcleſiæ huius antiquiſſima ſtructura, Collegiatę formam repręſentans, à Sanctimonialibus Ordinis S.Benedicti, ob vitam quam ducunt laudabilem dignis,quibus ſubinde Dominus in vtroque homine benedicit,occupatur.

Aſſerunt fundatorem in interiori ambitu monumento eleuato maiorum relatione

tione edoctę, ſepultum quidem, ſed quiſnam fuerit, ſi quidem lapis non prodit, ignorant.

Pręſtantiſſimas hęc Baſilica cõtinet reliquias, multas ac varias: Inter quas potiores ſunt.

Pars de Cruce S. Andreæ Apoſtoli.

Pars capitis, articulus digiti, & integrum poculum S. Mauritij Capitanei 6666. militum Auganenſium.

Caput vnum de innocentibus pueris ab Herode pro Chriſto interemptis.

Magna pars brachij S. Laurentij Leuitę & Martyris.

Templi verò Dedicatio Dominica poſt Feſtum S. Vdalrici peragitur.

XLIX. ECCLESIA S. AGATHAE *Sanctimonialium Benedictinarum Velatarum III.*

ECcleſia hęc in meditullio Ciuitatis ſita, per tranſlationem Anno Domini M. CCCXIII. ex Dedonis vulgo Dietkirchen collegio, quod eſt propè Bonnã factam, nunc virginum eſt ordinis S. Benedicti, quę pręter Vrſulanas reliquias vix particulam de S. Agatha Virg. & Martyris poſſidentes; Eccleſię Dedicationem Dominica Trinitatis celebrant.

L. ECCLESIA EX PAROCHIA S. Ioannis Baptiſtæ dependens, in Cluſa vulgo appellata, ſanctimonialium Benedictinarum velatarum IIII.

ECcleſia hæc Deo dicatarum Solitariarum Virginum, propè S. Catharinam vnà cum ipſo clauſtro ſita, cum dictæ Parochiæ adhæreat, Diuina & S. Conciones quæ inibi fiunt, ex illa commodè audiunt, anguſtè ſatis habitantes, atque ex labore manuum tempus & inediã in laudabili regularũ obſeruantia fallentes, non habent conſecrat, Oratorium, ſed exercitium diuinũ mutuant ex parochia S. Ioannis B. cui adhæret.

LI. ECCLESIA S. MAXIMINI SANctimonialium velatarum Auguſtinianarum Regularium V.

ECcleſia hæc S. Maximini Virginum Canonicarum regularium Ordinis D. Auguſtini, in vico qui à templi huius Patrocinio nomen obtinuit, ſita, ab elegãti ſtructura multiſque ſanctorum eleuatis monumentis & reliquijs, quibus multum decorata & exornata eſt, non inter poſtremas, Anniuerſariam dedicationem Templi ipſo Simonis & Iudæ (vel vt alij volunt)

volunt) in Feſto exaltationis S. Crucis feſtiuè celebrat.

LII. ECCLESIA S. MICHAELIS *Sanctimonialium velatarum regularium Auguſtinianarum* VI.

ECcleſia hæc propè S. Cæciliam, ſupra vnam portam, pro maiorum conſuetudine (qui D. Michaelis oratoria editioribus in locis conſtituerunt) ſita, à virginibus ordinis S. Auguſtini regularibus, vtcunque anguſtè habitãtibus, modo occupatur, olim pars auguſti illius ad S. Cæciliam Templi. Virgines hæ, dum à diuinis quas alacriter decantant, vacant, labore manuum, corporis & animæ ſuſtentationem acquirere ſtudent. Inter cæteras reliquias nominatas habent de S. Barbara, Oratorij dedicationẽ quotannis celebrãtes Dominica poſt S. Trinitatem.

LIII. ECCLESIA B. M. MAGDALENÆ *ad Albas Dominas, vulgo ſanctimonialium Ordinis S. Auguſtini reformatarum velatarum.* VII.

ECcleſia hæc B. M. Magdalenæ ſacra ad Riuũ, vulgo vff der Bach ad Albas Dominas habitu & mẽte cãdidas reformatas Auguſtinianas, ſita, etſi ſtructura, antiquiſſima

quiſſima ſit, fulcris tamen religioſę obſeruantiæ, inhabitantes virgines illam ſuſtẽtant. Præter multas de ſocietate S. Vrſulę, binæ adhuc aliæ ſat notabiles exhibentur in hac Baſilica reliquiæ: Tunica ſcilicet Ieſu, in qua puerulus Ieſus ſe ſacerdoti ſacrificanti præbuit, cuius alteram manicã, Vngariæ Regi cuidam eam inſtantiſſimè petenti donarunt; Ad cuius continuandã memoriam, omni ſeptennio, quãdo Dalmatæ, Croati, Hungari, ſacra loca Treuiris, Coloniæ, & Aquiſgrani, deuotionis cauſa viſitant, magnam candelam huic Templo offerunt, quam Virgines certis anni temporibus accendentes diligenter procurant, vt lapſo ſeptennio truncũ iſtis peregrinis reſtituere poſſint.

Præterea Crucifixi imago quæ ex trunco aridæ arboris excreuit, in hac Eccleſia oſtenditur, cuius hiſtoriam talem ferunt. Olim ante reformationem dum liberius viuerent, & ſeparatas habitationes vt nũc Canoniſſæ haberẽt, vnà pietatis motu, cęteras antecellens, dum aliæ mundanis rebus indulgerent, ſemper in ambitu ante crucifixi imaginem orans inueniebatur. Hanc vt reliquæ etiam ad vanitates pertraherent, crucis imaginem illam amouerunt. Sed illa pia conſtantia ad locum deuotionis conſuetum redibat quotidie, ita vt tan-

vt tandem ex arbore, quæ ibidem multo tempore truncata iacuerat, elegans crucifixi imago ad conſeruãdam virginis iſtius deuotionem excreuerit. Porrò Templi dedicatio Dominica Exaudi, annuè fit feſtiua.

LIV. ECCLESIA S. NICOLAI, SANctimonialium Velatarum Ordinis D. Auguſtini VIII.

ECcleſia hæc D. Nicolao ſacra, iuxta Monaſterium Auguſtinianorũ, vulgo vff dem Borghoff ſita, Virginũ eſt ordinis S. Auguſtini; Quæ ex ſolutis diuinis teneram iuuentutem domeſticam & extraneam puellarem, quæ ſtatis horis redit & recedit, benè inſtituunt, Oratorij dedicationem celebrantes Dominica ante feſtum SS. Martyrum Coſmæ & Damiani.

LV. ECCLESIA S. REINOLDI SANctimonialium velatarum D. Auguſtini IX.

ECcleſia hæc ſub Patrocinio S. Reinoldi M. non procul à S. Mauritio conſtructa, Virginibus de ordine S. Auguſtini; quæ in decantandis diuinis laudibus, & tela ſerica, dum vacant, conficiẽda, valdè induſtriẹ ſunt, gaudet. Inter cẹteras reliquias, etiã de S. Reinoldo patrono particu-

ticulã in oratorio habẽtes, eius Dedicationẽ ipſa Dominica SS. Trinitatis celebrãt.

LVI. ECCLESIA IN NAZARETH *maiori ſanctimonialium velatarum Ordinis D. Auguſtini X.*

VIrginum harum Deo cõſecratarum Eccleſia admodũ elegãs, vulgo Nazarethana appellata, ſita eſt in platea S. Gereonis, in qua dictæ Sanctimoniales valde reformatæ perfectioni monaſticæ in magno numero laudabiliter, incumbentes, Dominicis & feſtiuis diebus Miſſæ officia & horas Canonicas decantant, in labore manuum, valde elegantes. Dedicationem verò oratorij celebrant Dominica poſt feſtum S. Vrſulæ.

LVII. ECCLESIA AD AGNELLVM *D. Iacobo maiori Sacra, vulgo* vff der Burchmaur/ *Monialium velatarum Auguſtinianarum. X I.*

PRiuata Eccleſia hæc, in Parochia S. Colũbæ, muro Caſtrenſi, liberalitate familiæ Rinck inſtar publicæ Eccleſiæ elegãter cõſtructa & exornata, vulgo conuentus Rinckiorũ nuncupatur, virginum: Quæ ſub ſtricta clauſura & regula S. Auguſtini ex manuũ opere viuunt laudabiliter, Dedicationem Dominica poſt decollationem S. Ioannis Baptiſtæ celebrantes.

LVIII. EC-

LVIII. ECCLESIA AD HORTVM B. M. V. vocata ſanctimonialium velatarum Ciſtertienſium XII.

ORatorium Horti B.M.V. Deo conſecratarum virginum ordinis S. Bernhardi, anno Domini M.CCC. à quadam nobili fœmina von Geyer/ fundatum eſt: In quo tanquã vicino, Burſa Laurẽtiana, ſingulis feſtiuis dieb⁹ concionẽ, ferialibus autem Miſſam audit. Splendidè hoc templũ ſanctis reliquijs exornatũ, notabili etiam de S. Apollonia parte gaudet, cuius Dedicatio Dominica poſt feſtum S. Matthæi annuè occurrit celebranda.

LIX. ECCLESIA, SPECVLVM B. M. V. vocata Sanctimonialium velatarum Ciſtertienſium, vulgo Jn Seyen *XIII.*

ECcleſia hæc propè Rhenũ in loco Inſulari ſita anno Domini M.CC.XXI. per Illuſtrẽ & generoſam Virginẽ Mechtildẽ comitiſſam de Seyen (vnde & nomen adhuc retinet) ſub patrocinio B.M. V. pro Virginibus ordinis S. Bernhardi fundata eſt, ipſam fundatricem ante Summum altare, ſaxo paululum eleuato ſepultam continent. Rhenus authumnali & hyemali tempore frequenter adeò moleſtus eſt his Virginibus, vt Diuina

in Ec-

in Eccleſia multoties peragere nequeant, pro vt Anno 1432. eius inundationẽ ipſis Templi aris altiorem extitiſſe, ibidem notatum cernitur. Porrò Templi Dedicatio quotannis feſtiuè celebranda feria 2. Pentecoſt. occurrit.

LX. ECCLESIA AD S. APRUM *Sanctimonialium Velatarum Ciſtertienſium XIV.*

Hac in Eccleſia non procul à porta Honoris ſita B. Apro Halliȩ Martyri ſacra, virgines Ordinis S. Bernhardi Chriſto laudabiliter ſeruiunt, in qua ſepulchrum ad natiuam Dominici formam (cuiuſdam Colonienſis nomine Ioannis Mentenbauer, qui in terra S. peregrinatũ fuit, deuotione) anno 1496. conſtructum cernitur: à quo incipiendo omnes caſus, Ieſu crucem baiulantis pulcherrimis ſtatuis & imaginibus vſque ad Caluariȩ locum, quem ad Sanctum Gereonem conſtituit menſuratum, erecta ibi crucifixi lapidea Imagine miraculis clara, exprimi curauit, ſuȩque huius deuotionis ingentẽ poſteris occaſionem prȩbuit ad eandem. Cauſa verò, alterius Templi huius appellationis quȩ eſt ad S. Bartholomȩum, hȩc eſt: Erat olim extra Ciuitatem, ante portã Honoris

Honoris Monaſterium Religioſorum eidem Apoſtolo dicatum. Qui cum profeſſionis ſuæ obliti, ad tantam deueniſſent impietatem, vt rapinas & latrocinia exercerent; inde illis eiectis & deletis, Monaſterium illud, ſacratis Deo virginibus nobilibus & patritijs Colonienſibus traditũ fuit. Orto verò anno 1474. bello Noueſienſi, ne quid detrimenti ex Monaſterio illo, Vrbi eueniret, eo ab Ampliſſimo ſenatu Colonienſi penitus demolito, Virgines illæ ad hoc S. Apri Monaſteriũ (quandoquidem aliarum etiã Monialium clauſuram, ex quarum & cõtributione ipſum S. Apri Sacellum ampliatum fuit, tunc ſibi vicinam haberet) tranſlatæ ſunt; Clauſtralibus illis, bonis conditionibus ad S. Bonifacium, ſicut ibi claret, liberè cedentibus. Porrò Eccleſię huius dedicatio quotannis Dominica 2. poſt paſchæ peragitur.

LXI. ECCLESIA AD S. CLARAM Sanctimonialium velatarum Clariſſarum XV.

ANno 1347. fundata eſt hæc Eccleſia ſub Patrocinio S. Claræ, à quadam Comitiſſa Geldriæ, Bela nomine, prima harum Clariſſarum Abbatiſſa; Ad quam Abbatiſſa S. Vrſulæ, 12. S. Corpora, ex ſo-

ſ cietate

cietate 11000. Virginum, à prædicta Bela, & germana ſua ſorore Philippa, gemmis olim in veſtibus vſurpatis, excellẽter ornata donauit. Templum hoc Granario Reipublicæ vicinum, tam ſpacioſis hortis ac pomarijs eſt circũſeptum, vt hac in parte vix ſimile ſibi habeat, Panthaleonitarum & Cartuſianorũ exceptis, Cuius Anniuerſaria Dedicatio Dominica poſt Natiuitatem B. V. M. occurrit feſtiuè peragenda.

LXII. ECCLESIA S. VINCENTII *& Mariæ Aegyptiacæ Sanctimonialium velatarum Ordinis S. Francisci XVI.*

ORatorium harum Virginum rotũdæ murorum antiquorũ Turri, ſupra ſe vrbis Granarium, infra verò pulueris tormentarij habẽti promptuarium inædificatum eſt. Virgines hæ vitam ſolitariam vereque beatam degentes, omnes aliorũ Monaſteriorũ Virgines in exornãdo oratorio, cantu Eccleſiaſtico, ac venuſtis ornamentis conficiendis antecellunt; quarũ primæ baſes duæ Colonienſes matronæ Hildegundis & Beatrix, quæ infra Parochiam S. Pauli in loco vulgariter Marthoff dicto, iuxta prædictã S. Vincentij & Mariæ AEgyptiacæ Capellam ſito,

ſitò, vt vanis mundi ſtrepitibus vltro abiectis Chriſto Domino liberius vacarent, ſeſe includentes, à ſex Archiepiſcopis Colonienſibus, vt VValramo, VVilhelmo Engelberto, Theodorico, Friderico, & Hermanno confirmatæ fuerunt. Oratorij verò Dedicatio anniuerſaria ipſis octauis Paſchæ occurrit.

LXIII. ECCLESIA S. BONIFACII *Sanctimonialium velatarum Clariſſarum XVII.*

CHriſto conſecratarum harum Virginum Eccleſia in platea S. Seuerini ſita, taliter ex Monaſterio S. Apri, ab Inclyto Senatu Colonienſi huc tranſlata eſt, qualiter ibidem dictum fuit. Hæ virgines licet in principio vix vt migrarent inducerentur; tandem tamen bonis mediantibus viris æquis & iuſtis conditionibus cū ijs tranſactum fuit, vt in hoc Monaſteriolum ex communi ærario exſtructum & dotatum Anno M. CCCC. LXXX. ceſſerint; Luminaria ꝓ quotidiano ſacrificio, quodam Treuirenſi Telonario fundāte.

Contigit hoc in loco, vbi nunc Eccleſia viſitur, ceu primitus publico hoſpitio, vt duo Heluones, inter potandum luderent par impar: E quibus cum alter omnem ſuam pecuniam perdidiſſet, & ira percitus

præ furia ore ſacrilego, linguam blaſphē-mam in cœlum poſuiſſet atque dixiſſet; Quod ſi Deo cor ſuum transfigere,ac vindicare ſe poſſet,facere vellet, verbiſq; addito ictu menſam pupugiſſet , continuo cor Ieſu,ſanguine miraculoſo madēs(pro vt ingreſſu Templi,cuius dedicatio 2. feria paſchæ occurrit,ad parietē, anno quo accidit malitioſè abraſo,depictum cernitur) apparuit.

Anno 1527. Virgines iſtæ(quod obiter notandum)à quodam Canonico S. Seuerini,dono ex Italia allatam teſtudinem vt vocant Marinam acceperunt,quam ad inſtantiam anno 1606. die ſexto Maij, mihi adhuc ſuperſtitem, ac ipſiſſimum tranſlationis ſuæ datum,in ſuperiori natiua inciſum teſte ſecum circum ferentem , teſtimonij perhibendi cauſa tranſmiſerunt, quam manibus attrectando , diligentius intuens,Deum verè mirabilem in operibus ſuis clarè peſpexi, præſertim quia ignoratur quot annos habuerit,dum iam ex Italia exportaretur.Modo verò 79. annū agens,ſingulis hybernis temporibus, annis ab hinc 6.aut 7.ex ſolo aere,æſtate verò lactuca agreſti duntaxat,paſcitur, forte hac viuendi ratione, ſe breui morituram prænuncians.

LXIV. EC-

LXIV. ECCLESIA NONDVM CONſecrata, Clariſſarum de Obſeruantia ſanctimonialium velatarum XVIII.

Virginum harum pientiſſimarum Oratorium anno 1599. ex teſtatione defunctæ cuiuſdam deuotæ Matronæ Heldin nomine è domo paterna in der Wiſſengaſſen/ſurrexit. Et licet multę ſint, hæ ex Belgio Coloniam protruſæ Sanctimoniales, Deo tamen illis non ſolum, Catholicos ſed & hęreticos ad ſuccurrendũ excitante in ſtricta regulari obſeruantia, eleemoſynis & aliquali manuum labore victitãt laudabiliter; mortuæ vbi fuerint, aſſeri in habitu impoſitę per vrbem ad Oliuas deferuntur & funerantur.

LXV. ECCLESIA B. M. V. IN BETHlehem, ſanctimonialium velatarum Clariſſarum XIX.

Virgines hę cum ſuperioribus de obſeruantia S. Franciſci, oratorium ſuum priuatum & eleganter ornatum, in Parochia S. Columbæ platea Reymerſgaſſen/ſitum habent, ex labore manuum tenuiter ſub ſtricta clauſura bene viuentes, quarum oratorij Dedicatio Dominica prima poſt paſcha, currit.

LXVI. ECCLESIA S. GERTRVDIS *Sanctimonialium Ordinis S. Dominici velatarum* XX.

Eccleſia hæc Deo dicatarum Virginum Dominicanarum, B. Gertrudi ſacra, propè SS. Apoſtolos in foro nouo ſita eſt. In qua præter 11000. Virginum reliquias & S. Gertrudis patronæ digitus aſſeruatur. Fuit hæc Niuigellę in Brabantia Deo conſecrata Virgo, Pipini primi filia, & non Caroli magni vt quidam putant ſoror, quod ita demonſtramus. Pipinus hic Carolomanni ſenioris filius, Dux Clariſſimus, & maior domus Francorum ſub Clothario, Dagoberto & Sigeberto Regibus ad differentiam cæterorum Pipinorũ à Baronio, primus vocatur, habuitque liberos Crimoaldum: Gertrudẽ & Beggã, omnes inſignes. Ex Begga quæ iuncta fuit matrimonio Anſegiſo filio S. Arnulphi poſtea Epiſcopi Merenſis, natus eſt Pipinus iunior, ſenioris nepos eius nominis ſecũdus, ex quo natus eſt Carolus cognomento Martellus. Ex Carolo verò, Carolus Carolomannus, atque Pipinus ordine tertio, qui primus fuit eius generis Rex Francorum: Ex quo tertio Carolus magnus & Carolomannus fratres nati ſunt tantum; ita vt S. Gertrudem Caroli magni

Tom 8. Annal. Eccleſ.

ſoro-

ſororem non rectè vocari conſtet. Habitiſſe olim hanc S. Virginem Carleburgi è regione Carolſtadij, & Crantius libro ſecundo capite primo refert, & ipſa veſtigia eius adhuc indicant. Vidi enim in Monaſterio Neuſtat ordinis S. Benedicti, duabus tantū milliaribus Carolſtadio diſtāte, locum quo oratū cōuenit, in terram proſtrata nunquā herbaſcentē, vt fontem eius ac maginē in quercu miraculosè nō procul inde conſeruatā taceam. Cæterum eius feſtiuitas 17. Martij (vt omnia Martyr: cōſonant) in Eccleſia celebranda occurrit. Dedicatio verò Templi ſecunda poſt paſchaDominica celebratur.

LXVII. ECCLESIA S. APOLLOniæ conuentualium non velatarum Auguſtinianarum I.

ORatorium hoc B. Apolloniæ ſacrū, vulgò im Mummerßlech nūcupatū, nomen hoc à ſuo Fundatore, vno ex 15. familijs nobili Colonienſi Scabino Hartenfauſt / qui domum ſuam vtcunque dotatam hiſce Virginibus ſub regula S. Auguſtini Chriſto militantibus dedit, ac ipſe poſt PP. VVidenbacenſium inſtitutum eſt amplexatus, retinet. Virgines hæ licet Eccleſiam publicam non habeant, Miſſæ tamē officiū & horas Canonicas, quotidiè

benè & laudabiliter decantant, de cætero ex paucis redditibus & manuum labore ſericorum faſcium & aliarum ſubtilitatũ artificioſæ textrices, ac puellaris iuuentutis, quam ſecum in conuictu habent, ſedulæ Magiſtræ, victitantes, Dedicationem Dominica ante feſtum S. Gereonis concelebrant.

LXVIII. ECCLESIA B. M. MAGDAlenæ vulgo in pœnitentia, Conuentualium Auguſtinianarum non velatarum II.

IN hanc congregationem B.M. Magdalenę in pœnitentia, recipiuntur humanitus lapſæ & vitiatę, quę in publico Oratorio B. M. Magdalenæ ſacro, ſub regula D. Auguſtini Chriſto famulantes, eiuſque Dedicationem Dominica ſecunda poſt Trinitatis celebrantes, de cętero ſtipem per vrbis plateas colligunt ac manuum labore viuunt.

LXIX. ECCLESIA S. ELISABETAE in vico S. Antonij, Conuentualium Auguſtinianarum non velatarum III.

Congregatio hęc vulgo S. Eliſabethę, originem duxit ex cuiuſdam Abbatiſſæ S. Cæcilię famula, quę, antequam ad modernum clauſurę ſtatũ eſſet reformata, modo dicta congregatio, monaſticę diſci-

diſciplinę ſe tradidit fundatrix. Conciones feſtiuis & Dominicis diebus in ſua S. Petri Parochia, infirmantium cura & manuum labore ſe ſuſtentantes, hæ virgines audiunt, Dedicationem Dominica ante S. Michaelis celebrantes.

LXX. ECCLESIA IN MINORI NAzareth, Conuentualium Auguſtinianarum non velatarum IV.

PRiuatum hoc oratorium ad Nazareth minus pro maioris differentia dictum, in vico 16. domorum, inde nō procul à S. Gereonis platea ſitum, virginū eſt ordinis D. Auguſtini; quæ quotidianas in eo maiorum deuotione fundatas miſſas audientes, laboreque manuum tenuiter ſatis viuentes, rogatæ ab his, qui in mortis anguſtijs ſunt aut alijs neceſſitatibus premuntur, peregrinatum via Romana per vrbis Eccleſias vadunt, Dedicationem Dominica ſecunda poſt paſcha peragentes.

LXXI. ECCLESIA S. TRINITATIS & omnium Sanctorum, conuentualium Auguſtinianarum non velatarum V.

VIrgines hæ in parochia S. Seuerini, plateam Achterſtraß inhabitantes, in Oratorio domeſtico, in quo quotidie

miſſæ fiunt, ſub regula S. Auguſtini, Chriſto Domino ſeruientes, curam infirmitatum gerunt. A qua occupatione liberæ manuum labore tempus inedia fallentes. Dominica prima poſt paſcha Dedicationem celebrant.

LXXII. ECCLESIA B. V. M. CONuentualium Auguſtinianarum non velatarum VI.

ORatorium priuatum in vico S. Marcelli ex oppoſito PP. Societatis Ieſu ſitum, virginum eſt Auguſtinianarum infirmorum, nō quidem indifferenter omnium, ſed certorum vicinorum & patronorum, curam gerentium, & texturis holoſericis ſeſe ſuſtentantium, quæ oratorij Dedicationem in feſto S. Auguſtini peragunt.

LXXIII. ECCLESIA S. VRSVLAE conuentualium Auguſtinianarum non velatarum VII.

MOniales hæ, vnà cū præcedentibus Virginibus, Auguſtinianæ, in eodem vico prope Igelſtein oratoriū ſuū & conuētum (qui alias combuſtus cognominatur) inſtituentes, domi laborantes, & foris ægrotantium in ſe curam pia cum ſollicitudine ſuſcipiūt, ac Dedicationem ipſo S. Vrſulæ concelebrant.

LXXIV. EC-

LXXIV. ECCLESIA S. AVGVSTIni conuentualium Auguſtinianarum non velatarum VIII.

HAE pariter Auguſtinianæ oratorium ſuum & congregationem in vico ſchmirnenſi olim Cedertwalt appellato habentes, ex labore manuum & infirmantium cura ſeſe ſuſtentant. Mirum referunt de vno capite reliquiarum, quod vna alteri donauerat: Nam cum quædam alia præ ſingulari deuotione ergà illud iniquius hanc donationem cum lacrymis flexis genibus & ſupplicibus manibus tuliſſet, mox in Oratorio in quo orabat, alia capita vltro locum dare, & ablatum in priſtinum redire vidit. Oratorij Dedicatione in Feſto tranſlationis trium Regum currente.

LXXV. ECCLESIA In der zellen Conuentualium Auguſtinianarum non velatarum IX.

VIrgines hæ vnius cum præcedentibus inſtituti ac conditionis in eiuſdem plateæ ſuperiori parte oratorium & congregationem ſuã habent, eiuſdem Dedicationem ipſo S. Magdalenæ celebrantes.

LXXVI. EC-

LXXVI. ECCLESIA S. IGNATII conuentualium Clariſſarum non velatarum X.

ORatorium hoc in vico Stoicorum ex oppoſito Dominicanorum ſitũ, Virginum eſt ordinis S. Franciſci, in loco non adeo amplo Deo diligenter inſeruiẽtium. Fuit olim congregatio velatarum, quarum 35. religionis habitum aſſumpſerunt, & vna illarum prima loci mater religionem ex Monaſterio Noueſiẽſi Obernhouen eo introduxit. Cuius Dedicatio Dominica ante S. Matthæi feſtum occurrit.

LXXVII. ECCLESIA S. ANNAE, conuentualium Clariſſarum non velatarum XI.

ORatorium hoc D. Annæ ſacrum ad agnum inferiorem in platea lata ſitum, Virginum eſt de tertia regula Ordinis S. Franciſci, quæ ex inſtitutione honeſtarum Ciuitatenſium filiarum, tam domeſticarum quam externarum, manuumque labore victitantes, in Parochia S. Columbę rem diuinam audiunt, Dedicationem Dominica poſt Feſtum S. Annæ peragentes.

LXXVIII. EC-

LXXVIII. ECCLESIA S. ANNAE *conuentualium Clariſſarum non velatarum XII.*

MOniales hæ vnius cum præcedentibus inſtituti, & conditionis, cõgregationem ſuam in eiuſdem plateæ ſuperiori parte ad agnum ſuperiorem vocata habentes, in eadem Parochia diuina audiunt, & Dedicationem Dominica poſt S. Annam concelebrant.

LXXIX. ECCLESIA B. V. M. CONuentualium *Clariſſarum non velatarum XIII.*

COngregatio eſt Virginum Ordinis S. Franciſci, in vico, vulgo Strickgaſſen / Oratorium domeſticum habentium, per omnia cum præcedentibus conſonantium, niſi quod mercede conductæ infirmantium curam in ſe recipiunt. Dedicationem Dominica prima poſt Pentecoſten feſtiuè agentes, Waſſenburg vulgo vocatur à fundatore, aut Mariæ Templum, quia Oratorium habent à præſentatione B. Mariæ in templo nuncupatum.

LXXX. EC-

LXXX. ECCLESIA S. IOSEphi Conuentualium Clariſſarum non velatarum XIV.

COnuentus hic vulgo Jouſſconuent nuncupatus à fundatore, viro nobili Jouſſenburch/ apud Minoritas ſepultô, quorum ſimiliter benefactor extitit, ex oppoſito Horti B. Mariæ exiſtens, Virginum eſt Ordinis S. Franciſci, ſub cura paſtorali Minoritarum (qui in vicinia habitant) in parochia S. Columbæ exiſtentium, ac Dedicationem ſecunda Dominica poſt paſcha celebrantium.

LXXXI. ECCLESIA AD SS. TRINItatem olim, modo B. M. V. Conuentualium Carmelitarum non velatarum XV.

PRiuatû hoc Oratoriû, SS. Reliquijs ex ſocietate S. Gereonis, & 11000. virginû maximè decoratum, Monialium eſt Carmelitarum, iuxta Parochiam S. Iacobi vulgò In der Buttgaſſen exiſtentiû: Quæ manuum labore, & puellarum ſchola honeſtè viuentes, quotidie Miſſas, Dominicis verò & Feſtiuis diebus conciones inibi audiunt. Inter cæteras reliquias Oratorij ſui (cuius Dedicationis diem Dominica in Albis celebrant) potiſſimû Cranio gaudent S. Anshelmi Cantuariæ in

Anglia

Angliа Epiſcopi, ſanctitate doctrina & miraculis 21. Aprilis clariſſimi. Quæ de Eccleſijs tam velatarum quàm non velatarum Monialium dicta ſufficiãt: Quarum fundationes & patrocinia, quia non omnium recenſuimus, partim Typographi feſtinatione, qua Clauſtralem ne ad huiuſmodi nec teneri, nec tantoperè lectori importare putabat, partim quod cùm nõnulla priuata ac domeſtica duntaxat ſint Oratoria, conſequẽter & Dedicationibus carerent, accidit.

Sunt porrò adhuc alię intra hanc S. Coloniam pietatis magnificæ ac minimè prętereundæ officinæ: Hoſpitalia nimirum XII. in quibus ęgri curantur, peregrini recipiuntur, & largiſſimæ Eleemoſynæ, in ſimilitudinem matris miſericordię, huius Agrippinæ cõtemporaneæ, quotidiè fiũt.

LXXXII. ECCLESIA OMNIVM *Sanctorum Hoſpitalis I.*

PRimum eſt omnium Sanctorum in platea Igelſtein Parochiæ S. Cuniberti, à nobili familia von den Reuerꝛen (quorum aliqui in terra montana adhuc ſuperſtites à fide, religione & pi.tate maiorum deficientes, Hæreticis militant) primitus in vſum Iudæorum ad fidem Chriſtianam conuerſorum (quo tẽpore

pore multi Iudæi Coloniæ habitantes, ſynagogam, vbi nunc eſt Ampliſſimi ſenatus ſacellum Hieruſalem, propè curiã habebant) fundatum, ne à religione Chriſtiana abhorrerent, ſi tenuioris fortunæ vel languidi vel ſenio confecti, auxilio ſe deſtitutas viderent. Poſteaquam autem ob illorum obſtinaciam, Colonienſe ſolum vertere coacti ſunt, authoritate ſenatoria, temporis tractu in præſentem ſtatum eſt commutatum: videlicet, recipiũtur in eo tam viri quam fœminæ non cõiugati, quibus per certum procuratorem, ſingulis diebus panis & cereuiſia, & ſingulis ſeptimanis ſufficiens pecunia pro ſuſtentatione erogatur; In quo etiam viri honeſti & matronæ, qui Deo & ſibi viuere volunt, admittuntur, conditione hac, vt certa pecuniæ ſumma, ordinariam hanc portionem ad dies vitæ ſibi comparent. Sed & Hoſpitalarius ſacellanus ſeparatam & commodam habitationem vt reliqui portioniſtæ in eo occupat. Porrò oratorium hoſpitalis ſub patrocinio omnium Sanctorum dedicatũ, ciuibus peruium, anniuerſariam Dedicationem Dominica ante Feſtum S. Michaelis feſtiuè agit.

LXXXIII. EC-

LXXXIII. ECCLESIA S. HEREberti hoſpitalis II.

HOſpitale hoc in immunitate collegiatæ Eccleſiæ S. Andreæ in platea Schmirnenſi ſitum, licet eidem vicinum, Oratorium tamen domeſticum ac peruium S. Hereberto dicatum habẽs, ſucceſſiuè per Canonicos ibidem fundatum & opulenter dotatum eſt; Cuius Rector, eiuſdem collegij Vicarius aliquis exiſtit. Antiquitus præbendarij huius Hoſpitalis habuerunt menſam communẽ, ſed hodie ſinguli præter cõmune dormitorium, panẽ, cereuiſiã, & ligna, ſeptimanis ſingulis 1. flor. Colonienſem, & certis anni tẽporibus & feſtis pro aſſaturis & vino gratiæ, toties, quoties quatuor albos Coloniẽſes accipiũt. In quadrageſima verò, pro halecibus ſingulis, albi quatuor, quotidie & quandoq; pro halecib⁹ & vino ſimul albi duodecim, iuxta diſcretionẽ Dominorũ Prouiſorum, qui ſunt duo Canonici à Capitulo deputati, præbendarijs diſtribuuntur; Quos ſi altercantes, aut quouis modo ſcandalosè viuentes inueniunt, ſubtractis portionibus pro qualitate delicti ſuſpendunt & puniunt. Hoſpitalis huius vſus hodiernus obtinet, vt plerumque annoſæ mulieres iuxta D. Canonicorum arbitriũ

t exte-

ex teſtatione vltimæ voluntatis denominentur, ac nominatæ, genibus flexis propter Deum recipi ſupplicantes à Capitulo admittantur. Receptæ quicquid peculij, ſuppellectilium, aliorumque mobilium ſecum adferunt, aut in futurum acquirunt, tradito de ſingulis Inuentario Magiſtri Hoſpitalis, iuramento confirmato, in vſum communem relinquere tenentur, nec teſtare de ijs valentes, niſi à Decano & Capitulo donationis licentiam, partim pauperibus, partim amicis & bene meritis relinquendi, obtinuerint. Porrò Oratorij Dedicatio ipſo S. Heriberti Patroni, fit annuè feſtiua.

HOSPITALE TERTIVM AD S. Martinum.

CVm ſitum ſit hoſpitale hoc in ſubobſcuro ingreſſu ad vtramque S. Martini maioris & S. Brigidæ Eccleſiam, Oratorio quod ſcio, caret appropriato, in quo ſub gubernatione Abbatis, fœminæ, nonnunquam etiam viri, habitationem & neceſſaria ad dies vitæ percipiētes, diuina inibi pariter percipiunt.

LXXXIV. ECCLESIA S. M. MAGdalenæ hoſpitalis IV.

QVartum S. M. Magdalenæ ſitum eſt ad S. Gereonem, à capitulo ibidem, & pijs

&pijs quorundam dotationibus ſufficiẽter prouiſum, in quo egeni definito numero ad dies vitæ, commodas manſiones vt plurimum fœminæ habent, ſub inſpectore quodam ex præfata collegiata Eccleſia Vicario, qui eandem cum hoſpitibus recipit portionem, nimirum ſeptimanis ſingulis Rhenanum florenum, & temporibus certis eſculenta, quam prębẽdam Capitulum ibidem cõfert, Oratorij porrò publici Dedicatio fit ipſo S. Magdalenæ patronæ.

LXXXV. ECCLESIA S. IODOCI hoſpitalis IV.

IN immunitate collegiatæ Eccleſiæ B. M. V. in capitolio ſitum, eiuſdẽ vt præcedens conditionis eſt. Ex prima fundatione octo duntaxat perſonæ ibidem neceſſaria vtcunque recipiebant, ſed Reuerendus Dominus Decanus S. Andreæ, ſenior Canonicus in Capitolio D. Ioannes Schwolgen ſua accurata adminiſtratione numerum illum in duodennem adauxit. Cuius oratorij S. Iodoco facta Dedicatio ipſo S. Patroni quotannis occurrit celebranda.

(.·.)

LXXXVI. ECCLESIA S. QVIRINI, Hoſpitalis VI.

NOn procul à S.Panthaleonis Abbatia in platea vulgariter **die Walengaß** dicta ſitum eſt: Domus hæc, certum fœminarum numerum (quibus ex fundatione incumbit, definito numero quotidie Orationem Dominicam cum Salutatione Angelica recitare) ex denominatione Abbatis recipit. In qua oratorium quidem apertum, ſed nõ ſemper, verùm certis duntaxat anni temporibus patet, SS.reliquijs vtcumq; ornatum, vt: Coſta S.Benedicti Abbatis.

Item coſta S.Damaſi Papæ, qui multa Sanctorum corpora requiſiuit & inuenit, eorundemque memoriam verſibus exornauit, ac per ſe & S. Hieronymum multum boni in Eccleſia præſtitit, cuius memoria 11. Decembr. annuè feſtiuè colitur.

Item particula de Pallio S. Heliæ veteris teſtamenti ſancti, qui ante natum Chriſtum in curru igneo per turbinem aſcendit in cœlum, vt 3. Reg. capite 17. videre eſt. Porrò ſacelli huius dedicatio celebratur in feſto B. Mariæ Magdalenæ.

(.·.)

LXXXVII. EC-

LXXXVII. ECCLESIA S. AGNETIS Hoſpitalis VII.

IN foro nouo vnà cum oratorio dictæ B. Agnetæ ſacro extat, ad Parochiam S. Apoſtolorum & ædilium eius curam ertinens, ac mulierum aliquot paupercurum conuentum habens. Cuius Oratoj Dedicatio quotannis Dominica poſt ſcha peragitur.

XXXVIII. ECCLESIA AD S. SPIritum hoſpitalis VIII.

IN immunitate ſiue area Metropolitanæ Eccleſię ſitum eſt; habens ex deſigatione Ampliſſimi Senatus Prouiſores, ui ſub ſe loci receptorem ibidem habintem conſtituunt. Is ſingulis ſeptimais certas pecuniarias portiones, ſiue viris ue fœminis, non tamen peregrinis, ſed lis Ciuitatenſibus, quos Domini Prouiores denominant, ad dies vitę diſtribuit. ratorium hoc publicum, Dedicatioem ipſo S. Pentecoſtes quotannis feſtiuè ragit.

LXXXIX. ECCLESIA AD S. VRſulam Hoſpitalis IX.

IN vico Stoicorū ex oppoſito Monialium S. Apolloniæ ſitum, infirmos,

t 3 donec

donec in vtroque homine ſanentur, recipit: Quem in finem vtriuſque inualetudinis Medicos, nullis ſumptibus parcens adhibet. Sed & Ergaſtula ibi varia ſunt furioſorum hominum, qui diſcreta compaſſione tractantur. Ipſum verò hoſpitale, ab Ampliſſimi ſenatus guberuatione, per conſtitutos adhoc Prouiſores dependet. Et ſeruatur oratorij aperti Dedicatio, ipſo S. Vrſulæ patronæ.

XC. ECCLESIA S. LAVRENTII *hoſpitalis X.*

VVlgo in oltio lato prope S. Catharinam in parochia S. Ioannis appellatur, quod nomen ex priuata honeſti cuiuſdam ciuis domo ſic dicta (quam prima fundatione adhoc pium inſtitutum donauit) retinet. Initium huius non admodum amplum fuit, ſed temporis tractu maximè anno 1603. ciuium liberalitate mediante Clariſſimorum DD. Prouiſorum vigilantia ad hunc meliorem ſtatum præſentem excreuit: Vtpote habitatio modo ampla, commoda & elegans eſt, in qua ægri recipiuntur, & tam diu honeſtè tractantur, donec priſtina ſanitate recuperata, qui prius in lectulis eo portabantur, ſine ſcipione incedere queant,
ſiue

iue illi ſacerdotes, ſiue laici decrepiti, velgratis, vel ſi habeant vnde, ſcutis & nunc ad dies vitæ. Oratorium D. Laurentioſacrum apertum habet, in quo vicini Carmelitæ miſſas ex fundatione legunt. Porrò SS. Sacramenta ex vicina Parochia præbendarijs porriguntur. Et currit Dedicatio ſacelli ipſo S. Laurentij patroni.

HOSPITALE II. Im Irxerwalt vffm Katzenbuch *nuncupatum.*

SItum eſt in Parochia Indulgentiarũ B. M. V. ex oppoſito Armamentarij & Granarij Ciuitatis, ſolos peregrinos honeſtos, egenos, quibus hoſpitium & neceſſaria triduo largitur, recipiens: pariter Vngaros illos qui omni ſeptẽnio frequẽti numero, deuotionis ergo, peregrinatũ in has partes veniunt. Et gubernant illud, vnà cum 16. adiacentibus domibus ad id pertinentibus per certum Procuratorem, à Senatu conſtituti Prouiſores, Sacello, quod ſcio carens.

XCI. ECCLESIA S. IOANNIS Baptiſtæ hoſpitalis XII.

SItũ eſt in platea lata, parochiæ S. Columbæ, eiuſdem planè conditionis vt

præcedens, niſi quod Peregrinos Vngaros non recipiat, habens publicam Eccleſiam S. Ioannis Baptiſtæ dicatam, in qua ſacra quotidie fiunt, cuius Dedicatio anniuerſaria ipſo feſto Patroni peragitur.

XCII. ECCLESIA AD S. CRVcem Hoſpitalis XIII.

Sicut iam dicto hoſpitali in eodem vico contiguum eſt, ita & conditionis affinitate non abſimile. Cuius ſaceli in honorem S. Crucis facta Dedicatio ipſo S. Bartholomæi currit.

XCIII. ECCLESIA S. NICOLAI hoſpitalis XIV.

Accedit his vnum Reipublicæ Orphanatorium ad Indulgentias B. M. V. in Vico, Hunnorum dorſo vulgariter nuncupato, quondam ſitum, nunc anno ſcilicet 1599. in plateam S. Maximini, vbi ante PP. Societatis Gymnaſium habebant, ab Ampliſſimo Senatu, tam propter loci meliorem ſitum, quam capacitatẽ maiorem, vtpote deinceps pro expoſititijs & orphanis coniunctim tranſlatũ eſt, conſtitutis ibidem Prouiſoribus, qui per Magiſtrum deſolatæ iſtius iuuẽtutis accuratam gerunt curam. Solebant olim pauperes iſti ſingulis Dominicis ad locum certum

:rtum iuxta oſtium in Metropolitanam ccleſiam conuenire,ibidemque ad pranij horam conſidere,& à tranſeuntibus eemoſynam petere, vbi ſingulos cuiuſınque ſtatus viros patres, fœminas verò ıatres compellabant,quod modo abolitım eſt. Oratorium ibidem ſub Patrocio S.Nicolai pulchrè renouatum(in quo uibus peruio duo Garophilacia, vnum ro Expoſititijs & alterum pro Orphanis, recta ſunt) Anniuerſariam dedicationē ominica Lætare feſtiuè peragit. Priore)rphanatorio ad prophanos vſus nunc euoluto.

SPINDAE inſuper,certę ac varię,in onnibus ferè Collegiatis & Parochialibus cclefijs, pariter ac Monaſterijs,ſingulis)ominicis diebus, certis etiam feſtiuitaibus ac quatuor anni temporibus,paupeibus Domeſticis à Prælatis, Patricijs,Failijs,Eccleſiaſticis,Mercatoribus, ac viuis,conſtitutis ad hoc ędilib⁹,in vltimaum ſuarum voluntatem diſpoſitionibus undatæ, fixis ad hoc annuis, per elocatas apitales ſummas, penſionibus, largiunur,vbi non tacendæ multorum Deum tinentium Colonienſium teſtationes,præipuè Rinckiorum, qui maximis ſuis imenſis ſeculo duraturis, inſtituerunt, vt js Deo conſecratis Virginibus in certis

monaſterijs, victualia comparentur. Etſi honeſtarum filiarum Elocationes, tam largas commemorare velim; certum euadet hanc Agrippinam nullum pietatis officium intactum relinquere, vſque adeo quidem, vt ampliſſimus Colonienſis Senatus ex ærario Reipublicæ annuè vltra mille ducentos aureos florenos in elocationes honeſtarum Virginum exponat; Quid ſi Gymnaſiorum, quæ Burſæ vocātur, vt Montanorum & Laurentianorū, Item aliorum Collegiorum vt Coronarū & Ruremundenſium fundatas portiones, quibus magnus Adoleſcentum numerus alitur, commemorare velim? Auſim dicere, quod his noſtris temporibus duo viri Metropolitani Coloniēſes Canonici, prior D. Ioannes Schwölgen S. Andreæ; Alter D. Conradus Orth ab Hagen D. Georgij, Decani, pluſquam cētum & 60. Millia aureorū florenos in fundationes portioniſtarum Gymnaſij Montanorū cōuerterint; adeo innatum eſt Colonienſibus, vt præ cæteris Ciuitatibus & gentibus, auitæ religionis & pietatis ſtudioſiſſimi cultores ſemper extiterint, quod ex tam multarum Eccleſiarum, Sacellorum, Altarium, Miſſarum, Hoſpitalium & Eleemoſinarum ampliſſimis fundationibus manifeſtè conſtat: Patritiæ ſiquidem familiæ hone-

ioneſtique ciues, non contenti quod Pa-
ochiales ſuas Eccleſias & pleraque Mo-
ıaſteria ædificijs nouis ornarent, ſed in
edibus ſuis priuatis, ſacella & altaria erex-
erunt, qualia nũc elegãtiſſima, in primarijs
familiarum & eccleſiaſticorũ magnificis
domibus conſpiciuntur: Et licet quotidie
publicas Eccleſias oratũ frequẽtarent; do-
meſticos tamen & priuatos presbyteros,
cõmuniter Exules, Capellanorũ inſtar, &
hoc pro ſuſtẽtatione eorum (vt pietas quæ
ſecundũ Apoſtolũ ad omnia vtilis, ꝓmiſ-
ſionẽ vitæ quę nũc eſt & futura, ac op⁹ bo-
nũ cõiunctũ haberet) alebãt, qui domeſti-
cis ſacris, mẽſę cõſecrationi ac pietatis ſtu-
dijs præeſſent, horaſq; Canonicas ſecũ le-
gerent. Quin etiã Colonienſium pietas nõ
tantũ in ſua patria, ſed procul etiã exteris
illuxit. Summus quippe & egregius vir D.
Henricus Suderman, Miles auratus, LL.
Doctor, Archidiacon⁹ de Rauẽna, ad per-
petuã ſui & ſuorũ memoriam anno 1376.
duo millia florenorũ aureorũ parochiali
bus Eccleſijs Monaſterijs & Hoſpitalibus
oppidi Tremoniẽſis in VVeſtphalia, pro
diſpoſitione executorũ ſimul diſtribuen-
da aſſignauit, pariter ordinans, vt ibidem
in Eccleſia primaria S. Reinoldi Vicariæ
ſeptem ex bonis & agris ſuis VVeſtphali-
cis erigerentur.

Fecit

Fecit & is idem pientiſſimus Teſtator Leodij & Auinionæ peculiare teſtamentum, in quo legata multa ſimiliter pia ad cultus D. augmentationem Monaſterijs & Eccleſijs ibidem conſtituit, dignus certè, cuius memoria in benedictione ſit, vtpote Venerabilis Cleri & pauperũ Chriſti intra Coloniã inſignis benefactor & maximus patronus. Inſuper in Polonia, magnificæ ſunt Abbatiæ duæ Ciſtertienſium pro ſolis Colonienſibus, etſi nõ ab ijs ſed à quodam magno Poloniæ duce Mieſco nomine fundatę, attamen mediante ingenita ſua hoſpitalitate excitatæ: Cum enim anno Domini cIↄ CV. magno affectu viſitandarum reliquiarum cauſa Coloniam profectus, ab incolis regaliter ſatis exciperetur, eas illis grati animi cauſa in perpetuum attribuit, è quibus paulo poſt tertia emerſit, quarum nomina Laudenſis, VVangrouicenſis & Obrenſis. Ita vt ſinus pietatis & gremium hoſpitalitatis deuotæ huius Agrippinę omni hominum generi, ſexui, & ætati, excluſo nemine, non ſolum liberaliſſimè pateat, verùm etiam plurimos, Imperatores, Reges & Principes magnis itineribus in ſui amorem non immeritò prouocet.

Dicturus nunc aliquid de ſacellis principalioribus publicis duntaxat vulgo notiſſimis

iſſimis(illa enim quæ intra ædes Magnaorum, infinita ſunt)ſciendum quod Fanum illud ſupra portam Rhenanam antiquiſſimum à Marco Agrippa Marti conſecratum, auorum pietate in oratorium D. Michaelis Archangeli commutatum, neceſſitate id poſtulante, anno 1544. Magiſtratus Authoritate amotum, ad antiquitatis conſeruandam memoriam, duas ſtatuas S. Michaelem & Martẽ tali inſcriptione porta ipſa etiamnum exhibente, repræſentet.

Aedibus his phano Martis celeberrima porta
Aſtitit, hanc vrbis ſtruxit Agrippa parens.
Addidit illuſtreis aras, vbi iura ferebant
Bellorum, & ſtabant fixa trophæa dijs.
Hic gladius magni fuerat ſuſpenſus Iuli
Syluius & quo ſe foderat enſis Otho.
Porta Michaeli Chriſto regnante dicatur
Sanguinei Martis cum ſimulachra labant.
Aſt obſcura fuit moles & inutilis vrbi,
Translatis igitur, ſit via plana ſacris.
Vt iam Mauortis ſunt diruta mœnia porta,
Dextera ſic vrbem ſeruet ab hoſte Dei.

Fuiſſe interim hanc S. Michaelis Archangeli tutelarem memoriam Colonienſibus in primis gratã, vel inde conſtat, quod in diuerſis editioribus locis, tanti patroni nomine inſignia oratoria, auorum pietas inſtituerit. Vt altera vrbis antiquæ porta, verſus meridiem ad S. Cæciliæ mona-

monaſterium, vbi editiori in loco S. Michaelis celebre cœnobium exiſtit, prout etiam in aliarũ Eccleſiarum Turribus, portis, teſtudinibꝰ, vti apud S. Cunibertũ in præcelſa Turri, & apud S. Seuerinũ in porta apud Piſtrinum. Quin & primi Metropolitanæ ædis fundatores, tantæ molis faſtigium S. Michaelis ſacello, tanquã Colophono claudere, & vtramque campanariam turrim in apice tanti condeprecatoris oratorio coniungere ſtatuerũt, quemadmodũ igncgraphica iſtius ſacrę fabricę delineatio hoc ipsũ artificiosè demõſtrat.

SACELLVM S. MATERNI primum, Baſilica XCIV.

CApella vulgariter antiquum Summum dicta (germanicè der alten Thum) quæ olim fuerat oratorium S. Materni primi Epiſcopi Colonien: extra muros in Vineis: nunc verò infra ciuitatẽ Colonienſem in parochia D. Pauli ſita, in honorem Dei Omnipotẽtis Glorioſæ Virg. Mariæ, nec non SS. Matthiæ Apoſtoli & Victoris Martyris à Reuerendo in Chriſto Patre Ioanne Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopo Cyrenẽſe, S. Theol. profeſſore, Reuerendiſſimi in Chriſto Patris ac Domini Hermanni Archiepiſcopi Coloniẽſis, Principis Electoris &c. in pontificiali-

icialibus Vicario generali, ipſo die SS. Gereonis & Victoris Anno 1499. conſecrata eſt, ac ad inſtātiā D. Iacobi Iodinck Vicarij Maioris Eccleſiæ Colonien: dictæque Capellæ Rectoris, plurimis indulgentijs ibidem ipſo D. Matthiæ Apoſtoli die ac SS. Gereonis & Victoris, qui Dedicationis eſt, præcipuè ac in nonnullis alijs anni feſtiuitatibus promerendis Apoſtolicè dotata: Nec non varijs iiſque inſignibus ſanctorum reliquijs exornata eſt: vt latiùs patet in tabulis & literis Originalibus ibidem contentis.

SACELLVM S. NOITBVRGIS
2. Baſilica XCV.

IN ordine Antiquitatis ſequens iuxta Capitolium ad latus dextrum (quod eiuſdem Virginis S. Plectrudis cōiugis Regis Franciæ Pipini filiæ, oratorium fuerit) ſitum eſt, quod olim ad S. Petrum appellatum fuit. Cuius Dedicatio quotannis Dominica poſt Seruatij, feſtiuè agitur.

SACELLVM SALVATORIS
3. Baſilica XCVI.

IVxta chorum Capitolij à dextris ſitum anno 1465. à quodam patricio D. Ioanne Hartenrath, & eius coniuge Sybilla ſub patrocinio Saluatoris extructū eſt, in quo

Senatoriam in Oratoriũ D. Virgini Matri Chriſti conſecratum, cui nomen Hieruſalem impoſuit, commutauit. Quam Iudæi 414. annis occuparunt. Poſtquam autem obſtinati permanentes Chriſti fidem amplecti recuſarunt, expulſi ſtare non potuerũt, Cuius anniuerſarium Dedicationis diem ipſa Natiuitate B. V. Mariæ quotannis celeberrimè cum Muſica & collatione Senatores peragunt.

SACELLVM S. SERVATII

7. Baſilica 100.

SItum in platea S. Ioannis, ab S. Seruatio Epiſcopo Tungrenſi, ex occaſione quod ibidem in ſomnis columnam igneam vidiſſet in honorem Dei extructum, poſt porta cœli à ſe cognominatum fuit, modò S. Seruatij vt fundatoris nomen vnà cum eiuſdem brachio retinens, ad cuius S. meritum omnibus demonſtrandum cum tempore hyemali omnia in circuitu Tungrenſis Eccleſiȩ, vbi Epiſcopus fuit, nix repleret, ſepulchrum eius nunquam operuit, donec induſtria ciuium, Baſilica ſuper illud ædificaretur, cuius feſtum 13. Maij in Eccleſia Dei occurrit. Et celebratur Sacelli Dedicatio anniuerſaria ipſo S. Cuniberti. *Martyr. Rom. hac die.*

SACEL-

SACELLVM S. HIERONYMI
8. *Baſilica* 101.

IN Collegio Ruremundano Dedicati-onem ipſo S.Gregorij peragit.

SACELLVM S. AEGIDII 9.
Baſilica 102.

IVxta præcedens ſitum eſt. Dedicatio-nem ſuam Dominica poſt Aegidij per-agit.

SACELLVM D. THOMAE APO-
ſtoli 10. *Baſilica* 103.

VVlgò vffm Thumbhoff ſitum.Dedi-cationem Anniuerſariam celebrat ipſo S.Thomæ.

SACELLVM S. DIONYSII 11.
Baſilica 104.

SVpra Templum Parochiæ S. Ioannis in Curia, Patrocinium & Dedicatio-nem in ipſa Parochia feſtiuè colit, quod ſcio, ipſo S.Dionyſij patroni.

SACELLVM S. HVBERTI 12.
Baſilica 105.

POſt cœnobium S. Maximini ab Au-la Archiepiſcopali ſeparatum, Dedi-cationẽ ipſo die S. Huberti patroni quot-annis concelebrat.

SACELLVM S. MARCELLI 13.
Baſilica 106.

In platea S.Marcelli ſitum. Dedicatio-
nem

nem Anniuerſariam ipſo die patroni feſtiuè colit.

SACELLVM S. LAMBERTI 14.
Baſilica 107.

SVpra portam flamineam, vulgariter Pfaffenpforz / Dedicationis diem ipſo S.Lamberti facit celebrem.

SACELLVM S. MARGARETHAE 15. *Baſilica 108.*

IN areà S. Margarethæ ſitum, Dedicationem anniuerſariam celebrem rèddit ipſo S.Seruatij.

SACELLVM S. STEPHANI 16.
Baſilica 109.

Vulgò auff der Hocnpforz.

SACELLVM S. ELIGII 17.
Baſilica 110.

IN foſſa arenaria, qui locus hodie S. Joen platz dicitur, ſitum. Dedicationis diẽ quotànnis altera poſt Natiuitatem Ioannis Baptiſtæ facit celebrem.

SACELLVM S. QVINTINI 18.
Baſilica 111.

In vicinia S.Gereonis.

SACELLVM S. MATTHIAE 19.
Baſilica 112.

IN platea principio textorea, hodie vor S. Mattheis vocata, ſitum. Dedicationem anniuerſariam ipſo S.Iacobi facit ſolennem.

SACELLVM S. HEREBERTI 20. Baſilica 113.

PRiuatum hoc Oratorium non procul à præcedenti, vulgò in der groſſen Witzgaſſen, in aula Tuitienſi ſitum, vbi S. Hereberti corpus, vſque ad plenariam Abbatiæ Tuitienſis reſtitutionem aſſeruatur, quod an conſecratum incompertum eſt.

SACELLVM S. LVCIAE 21. Baſilica 114.

IN Turri S. Cuniberti olim ipſa Baſilica fuit S. Clementi ſacra, cuius Dedicatio ipſo S. Luciæ occurrit celebranda.

SACELLVM S. ERASMI 22. Baſilica 115.

IVxta S. Seuerinum Dedicationis diem quotannis ipſo S. Eraſmi patroni feſtiuè colit.

SACELLVM S. AFRAE 23. Baſilica 116.

IN immunitate Templi Collegiati Mariam ſitum, Dedicationis diem 7. Auguſti feſtiuè peragit.

SACELLVM S. MICHAELIS 24. Baſilica 117.

IN area S. Gereonis ſitum, Dedicationis anniuerſariam diem ipſo patrocinij feſto colit.

SACEL.

SACELLVM S. MICHAELIS

25. Baſilica 118.

INter cœmiterium & Templum S.Seuerini loco editiori, Dedicationem pariter ipſo S.Michaelis patroni celebrat. Domeſtica alia Oratoria, in quibus decrepiti, vetulæ, & nonnunquam ciuium famulæ, talesque multæ congregationes ex teſtatione maiorum ad dies vitæ, in paupertate aliquid ſolatij pro collatorum fauore recipientes, abſque religioſo habitu, ſub patrum adhuc viuentium ſtatutis coadunatæ, ſtatis horis pro benefactoribus & alijs neceſſitatibus oratum cõueniunt (diuina alioquin in ſuis parochijs audientes) ſi recenſere voluero, cùm per omnes vrbis Parochias, plus minus 50. circiter numerentur, illa hic in ſpecie difficulter annotari potuiſſent.

TABVLA FESTIVALIS,

eorum Sanctorum, quos præ cæteris plebs Colonienſis per anni Circulum veneratur Patronos.

IANVARIVS.

6. Trium Regum.
11. Obitus Balthaſari tertij Regis.

13 Octaua trium Regum.
17 Antonij Abbatis & Confeſſoris.
20 Fabiani & Sebaſtiani Martyrum.
21 Agnetis Virginis & Martyris.
Eodem die S. Patrocli Martyris.
22 S. Vincentij Martyris Diaconi.
25 Conuerſio S. Pauli Apoſtoli.

FEBRVARIVS.

2 Purificatio Beatæ Mariæ Virginis.
5 Agathæ Virginis & Martyris.
22 Cathedra Petri Apoſtoli.
24 Matthiæ Apoſtoli.

MARTIVS.

12 Gregorij Papæ Confeſſ. Doct. Eccleſiæ.
16 Hereberti Epiſcopi Confeſſoris.
17 Gertrudis Virginis Sanctimonialis.
19 Ioſephi Nutritij Domini.
20 Ioachimi Patriarchæ.
21 Benedicti Abbatis.
25 Annunciatio Beatæ Mariæ Virginis.

APRILIS.

1 Hugonis Lincolnienſis Epiſcopi & Confeſſoris Carthuſiani.
4 Ambroſij Epiſcopi Confeſſoris Doctoris Eccleſiæ.
23 Georgij Martyris.
26 Marci Euangeliſtæ.
28 Vitalis Martyris.
30 Quirini Martyris.

MAIVS

1 Philippi & Iacobi Apoſtolorum.
3 Inuentio S. Crucis.

13 Ser-

13 Seruatij Epiſcopi & Confeſſoris.
15 Vrbani Papæ & Martyris.

IVNIVS

10 Maurini Abbatis & Martyris.
11 Albani Martyris.
12 Albini Martyris.
Eodem die S. Achatij & 10000. Martyrum ſociorum.
24 Ioannis Baptiſtæ.
29 Petri & Pauli Apoſtolorum.

IVLIVS.

2 Viſitatio Beatæ Virginis Mariæ.
9 Agilolphi Epiſcopi & Martyris.
12 Fœlicis & Naboris Martyrum.
13 Margarethæ Virginis & Martyris.
15 Diuiſio Apoſtolorum.
22 Mariæ Magdalenæ.
23 Translatio trium Regum.
25 Iacobi Apoſtoli.
26 Annæ Chriſti Auiæ.
28 Panthaleonis Martyris.

AVGVSTVS.

1 Petri vincula.
Item ſeptem Machabæorum Martyrum.
4 Dominici Confeſſoris.
10 Laurentij Martyris.
13 Hippoliti Martyris.
15 Aſſumptio Beatæ Virginis Mariæ.
16 Rochi Confeſſoris.
18 Helenæ Reginæ S. Crucis Inuentricis.
20 Bernhardi Abbatis & Confeſſoris.
24 Bartholomæi Apoſtoli.

28 Auguſtini Epiſcopi Confeſſoris Doctoris Eccleſiæ.
29 Decollationis S. Ioannis Baptiſtæ.
30. Fœlicis & Adaucti Martyrum.
31. Paulini Martyris.

SEPTEMBER.

8 Natiuitatis Beatæ Virginis Mariæ.
13 Materni Epiſcopi Confeſſoris.
14 Cornelij & Cypriani Martyrum.
21 Matthæi Apoſtoli.
22 Mauritij & ſociorum Martyrum.
29 Michaelis Archangeli.
30 Hieronymi Præsbyteris Confeſſoris Eccleſiæ doctoris.

OCTOBER.

3. Duorum Evvaldorum Martyrum.
4. Franciſci Confeſſoris.
6. S. Brunonis Carthuſiani Patriarchæ.
10 Gereonis & ſociorum Martyrum.
15 Maurorum & ſociorum Martyrum.
16 Elyphij Martyris.
18 Lucæ Euangeliſtæ.
21 Vrſulæ & 11000. Virginum Martyrum.
22 Cordulæ Virginis & Martyris.
23 Seuerini Epiſcopi & Confeſſoris.
24 Euergisli Epiſcopi Martyris.
28 Simonis & Iudæ Apoſtolorum.
31 Noithburgæ Virginis.

NOVEMBER.

1. Omnium Sanctorum.
11. Martini Epiſcopi Confeſſoris.
12. Cuniberti Epiſcopi Confeſſoris.

19 Eliſabethæ Viduæ.
21 Præſentatio Beatæ Virginis Mariæ.
22 Cæciliæ Virginis & Martyris.
23 S. Clementis Papæ & Martyris.
Eodem die S. Felicitatis Matris ſeptem filiorum Martyrum.
24 Thebæorum Commemoratio.
25 Catharinæ virginis Martyris.
30 Andreæ Apoſtoli.

DECEMBER.

4 Annonis Epiſcopi Confeſſoris.
Item Barbaræ Virginis Martyris.
6 Nicolai Epiſcopi Confeſſoris.
8 Conceptionis Beatæ Virginis Mariæ.
13 Luciæ Virginis Martyris.
21 Thomæ Apoſtoli.
22 Gregorij Spoletani Martyris.
26 Stephani Protomartyris.
27 Ioannis Apoſtoli.
28 Innocentium Martyrum.
31 Silueſtri Papæ Confeſſoris.

De Cultu & Inuocatione ſanctorum, ne actum agere videamur, Lectorem ad præfationem Martyrologio Caniſij præfixam remittimus.

INDICVLVS PRINCIPALIVM Sanctarum reliquiorum Vrbis Coloniæ, additis ſingulis, quibus in Eccleſiis aſſeruantur & venerantur diebus.

IANVARIVS.

6 Corpora triũ Magorum in Summo Templo.

14 Caput S.Agritij Epiſcopi Confeſſoris,ad gradus B.Mariæ.
15 Caput S.Mauri Abbatis ad gradus B.Mariæ.
17 Portio manus S.Antonij apud Antonitas, & Barba eiuſdem ad S.Cunibertum.
20 Mandibula S.Sebaſtiani apud Auguſtinianos.
21 Brachium S.Agnetis in Summo Templo.
23 Pars Capitis S. Emerentianæ Virginis & Martyris ad S.Seuerinum.

FEBRVARIVS.

1 Digitus S.Brigidæ Scotæ Sanctimonialis, ad S.Brigidam.
3 Brachium S. Blaſij Epiſcopi & Martyris ad S.Seuerinum.
Iem eiuſdem Brachium ad S.Iacobum.
Item eiuſdem mandibula.
5 Pars Capitis S. Agathæ apud Gaudentes.
6 Mādibula S. Dorotheæ apud Carmelitas.
9 Mandibula inferior S.Apolloniæ, ad S. Albanum.

MARTIVS.

7 Coſta D. Thomæ Aquinatis apud Dominicanos.
12 de Capite S. Gregorij Papæ apud Ioānitas.
16 Corpus S. Hereberti,in aula Tuitienſi.
16 Caput S.Cyriaci Diaconi Martyris ad Apoſtolos.
17 Digitus S. Gertrudis ad S.Gertrudam.
21 Coſta S.Benedicti in Hoſpitali Panthaleonis.

27 Coſta S.Ruperti Epiſcopi Confeſſoris ad S.Columbam.

30 Pars Capitis S. Quirini Martyris ad S. Pãthaleonem.
Item eiuſdem digitus ad S. Albanum.

31 Corpus S.Agilolphi Epiſcopi Martyris ad gradus Mariæ.

31 Pars Capitis S. Balbinæ Virginis filiæ S. Quirini.
Item Dens eius ad S. Albanum.

Feria ſexta in paraſceue, peplum quo Deipara Virgo Maria velata fuit quando aſtabat filio in cruce pendenti, ad SS. Machabæos.

APRILIS.

21 Cranium S. Anſelmi ad Carmelitas Sanctimoniales.

23 Brachium S.Georgij ad S.Georgium.
Item eiuſdem maxilla ad S.Columbam.

28 Corpus S. Vitalis in Capitolio.

MAIVS

1 Cranium S.VValpurgis apud Patres ſocietatis IESV.

4 Corpus S. Paulini Martyris ad S. Cæciliam.

6 Coſta S. Catharinæ Senenſis ad Prædicatores.

13 Brachium S.Seruatij Epiſcopi Confeſſoris, in Sacello Seruatij.

19 Caput S.Prudentianæ Virginis apud Carthuſianos.

31 Pars

SACELLVM S. HIERONYMI 8. *Baſilica* 101.

IN Collegio Ruremundano Dedicationem ipſo S. Gregorij peragit.

SACELLVM S. AEGIDII 9. *Baſilica* 102.

IVxta præcedens ſitum eſt. Dedicationem ſuam Dominica poſt Aegidij peragit.

SACELLVM D. THOMAE APOſtoli 10. *Baſilica* 103.

VVlgò vffm Thumbhoff ſitum. Dedicationem Anniuerſariam celebrat ipſo S. Thomæ.

SACELLVM S. DIONYSII 11. *Baſilica* 104.

SVpra Templum Parochiæ S. Ioannis in Curia, Patrocinium & Dedicationem in ipſa Parochia feſtiuè colit, quod ſcio, ipſo S. Dionyſij patroni.

SACELLVM S. HVBERTI 12. *Baſilica* 105.

POſt cœnobium S. Maximini ab Aula Archiepiſcopali ſeparatum, Dedicationẽ ipſo die S. Huberti patroni quotannis concelebrat.

SACELLVM S. MARCELLI 13. *Baſilica* 106.

In platea S. Marcelli ſitum. Dedicationem

nem Anniuerſariam ipſo die patroni feſtiuè colit.

SACELLVM S. LAMBERTI 14.
Baſilica 107.

SVpra portam flamineam, vulgariter Pfaffenpforȝ / Dedicationis diem ipſo S.Lamberti facit celebrem.

SACELLVM S. MARGARETHAE 15. *Baſilica 108.*

IN area S. Margarethæ ſitum, Dedicationem anniuerſariam celebrem rédit ipſo S.Seruatij.

SACELLVM S. STEPHANI 16.
Baſilica 109.

Vulgò auff der Hocnpforȝ.

SACELLVM S. ELIGII 17.
Baſilica 110.

IN foſſa arenaria, qui locus hodie S. Loen plaȝ dicitur, ſitum. Dedicationis diẽ quotannis altera poſt Natiuitatem Ioannis Baptiſtæ facit celebrem.

SACELLVM S. QVINTINI 18.
Baſilica 111.

In vicinia S.Gereonis.

SACELLVM S. MATTHIAE 19.
Baſilica 112.

IN platea principio textorea, hodie vor S. Mattheis vocata, ſitum. Dedicationem anniuerſariam ipſo S.Iacobi facit ſolennem.

SACELLVM S. HEREBERTI 20. Baſilica 113.

PRiuatum hoc Oratorium non procul à præcedenti, vulgò in der groſſen Witzgaſſen, in aula Tuitienſi ſitum, vbi S. Hereberti corpus, vſque ad plenariam Abbatiæ Tuitienſis reſtitutionem aſſeruatur, quod an conſecratum incompertum eſt.

SACELLVM S. LVCIAE 21. Baſilica 114.

IN Turri S. Cuniberti olim ipſa Baſilica fuit S. Clementi ſacra, cuius Dedicatio ipſo S. Luciæ occurrit celebranda.

SACELLVM S. ERASMI 22. Baſilica 115.

IVxta S. Seuerinum Dedicationis diem quotannis ipſo S. Eraſmi patroni feſtiuè colit.

SACELLVM S. AFRAE 23. Baſilica 116.

IN immunitate Templi Collegiati Mariam ſitum, Dedicationis diem 7. Auguſti feſtiuè peragit.

SACELLVM S. MICHAELIS 24. Baſilica 117.

IN area S. Gereonis ſitum, Dedicationis anniuerſariam diem ipſo patrocinij feſto colit.

SACEL-

SACELLVM S. MICHAELIS 25. Baſilica 118.

INter cœmiterium & Templum S.Seuerini loco editiori, Dedicationem pariter ipſo S.Michaelis patroni celebrat. Domeſtica alia Oratoria, in quibus decrepiti, vetulæ, & nonnunquam ciuium famulæ, taleſque multæ congregationes ex teſtatione maiorum ad dies vitæ, in paupertate aliquid ſolatij pro collatorum fauore recipientes, abſque religioſo habitu, ſub patrum adhuc viuentium ſtatutis coadunatæ, ſtatis horis pro benefactoribus & alijs neceſſitatibus oratum côueniunt (diuina alioquin in ſuis parochijs audientes) ſi recenſere voluero, cùm per omnes vrbis Parochias, plus minus 50. circiter numerentur, illa hic in ſpecie difficulter annotari potuiſſent.

TABVLA FESTIVALIS,

eorum Sanctorum, quos præ cæteris plebs Colonienſis per anni Circulum veneratur Patronos.

IANVARIVS.

6. Trium Regum.
11. Obitus Balthaſari tertij Regis.

13 Octaua trium Regum.
17 Antonij Abbatis & Confeſſoris.
20 Fabiani & Sebaſtiani Martyrum.
21 Agnetis Virginis & Martyris.
Eodem die S. Patrocli Martyris.
22 S. Vincentij Martyris Diaconi.
25 Conuerſio S. Pauli Apoſtoli.

FEBRVARIVS.

2 Purificatio Beatæ Mariæ Virginis.
5 Agathæ Virginis & Martyris.
22 Cathedra Petri Apoſtoli.
24 Matthiæ Apoſtoli.

MARTIVS.

12 Gregorij Papæ Confeſſ. Doct. Eccleſiæ.
16 Hereberti Epiſcopi Confeſſoris.
17 Gertrudis Virginis Sanctimonialis.
19 Ioſephi Nutritij Domini.
20 Ioachimi Patriarchæ.
21 Benedicti Abbatis.
25 Annunciatio Beatæ Mariæ Virginis.

APRILIS.

1 Hugonis Lincolnienſis Epiſcopi & Confeſſoris Carthuſiani.
4 Ambroſij Epiſcopi Confeſſoris Doctoris Eccleſiæ.
23 Georgij Martyris.
26 Marci Euangeliſtæ.
28 Vitalis Martyris.
30 Quirini Martyris.

MAIVS

1 Philippi & Iacobi Apoſtolorum.
3 Inuentio S. Crucis.

13 Ser-

13 Seruatij Epiſcopi & Confeſſoris.
15 Vrbani Papæ & Martyris.

IVNIVS

10 Maurini Abbatis & Martyris.
11 Albani Martyris.
12 Albini Martyris.
Eodem die S. Achatij & 10000. Martyrum ſociorum.
24 Ioannis Baptiſtæ.
29 Petri & Pauli Apoſtolorum.

IVLIVS.

2 Viſitatio Beatæ Virginis Mariæ.
9 Agilolphi Epiſcopi & Martyris.
12 Fœlicis & Naboris Martyrum.
13 Margarethæ Virginis & Martyris.
15 Diuiſio Apoſtolorum.
22 Mariæ Magdalenæ.
23 Translatio trium Regum.
25 Iacobi Apoſtoli.
26 Annæ Chriſti Auiæ.
28 Panthaleonis Martyris.

AVGVSTVS.

1 Petri vincula.
Item ſeptem Machabæorum Martyrum.
4 Dominici Confeſſoris.
10 Laurentij Martyris.
13 Hippoliti Martyris.
15 Aſſumptio Beatæ Virginis Mariæ.
16 Rochi Confeſſoris.
18 Helenæ Reginæ S. Crucis Inuentricis.
20 Bernhardi Abbatis & Confeſſoris.
24 Bartholomæi Apoſtoli.

19 Eliſabethæ Viduæ.
21 Præſentatio Beatæ Virginis Mariæ.
22 Cæciliæ Virginis & Martyris.
23 S.Clementis Papæ & Martyris.
Eodem die S.Felicitatis Matris ſeptem filiorum Martyrum.
24 Thebæorum Commemoratio.
25 Catharinæ virginis Martyris.
30 Andreæ Apoſtoli.

DECEMBER.

4 Annonis Epiſcopi Confeſſoris.
Item Barbaræ Virginis Martyris.
6 Nicolai Epiſcopi Confeſſoris.
8 Conceptionis Beatæ Virginis Mariæ.
13 Luciæ Virginis Martyris.
21 Thomæ Apoſtoli.
22 Gregorij Spoletani Martyris.
26 Stephani Protomartyris.
27 Ioannis Apoſtoli.
28 Innocentium Martyrum.
31 Silueſtri Papæ Confeſſoris.

De Cultu & Inuocatione ſanctorum, ne actum agere videamur, Lectorem ad præfationem Martyrologio Caniſij præfixam remittimus.

INDICVLVS PRINCIPALIVM Sanctarum reliquiorum Vrbis Coloniæ, additis ſingulis, quibus in Eccleſiis aſſeruantur & venerantur diebus.

IANVARIVS.

6 Corpora triũ Magorum in Summo Templo.

14 Caput S.Agritij Epiſcopi Confeſſoris, ad gradus B.Mariæ.
15 Caput S.Mauri Abbatis ad gradus B.Mariæ.
17 Portio manus S.Antonij apud Antonitas, & Barba eiuſdem ad S.Cunibertum.
20 Mandibula S.Sebaſtiani apud Auguſtinianos.
21 Brachium S.Agnetis in Summo Templo.
23 Pars Capitis S. Emerentianæ Virginis & Martyris ad S.Seuerinum.

FEBRVARIVS.

1 Digitus S.Brigidæ Scotæ Sanctimonialis, ad S.Brigidam.
3 Brachium S. Blaſij Epiſcopi & Martyris ad S.Seuerinum.
Iem eiuſdem Brachium ad S.Iacobum.
Item eiuſdem mandibula.
5 Pars Capitis S. Agathæ apud Gaudentes.
6 Mādibula S. Dorotheæ apud Carmelitas.
9 Mandibula inferior S.Apolloniæ, ad S. Albanum.

MARTIVS.

7 Coſta D. Thomæ Aquinatis apud Dominicanos.
12 de Capite S. Gregorij Papæ apud Ioānitas.
16 Corpus S. Hereberti, in aula Tuitienſi.
16 Caput S.Cyriaci Diaconi Martyris ad Apoſtolos.
17 Digitus S. Gertrudis ad S.Gertrudam.
21 Coſta S.Benedicti in Hoſpitali Panthaleonis.

17 Coſta

27 Coſta S.Ruperti Epiſcopi Confeſſoris ad S.Columbam.

30 Pars Capitis S. Quirini Martyris ad S. Pāthaleonem.
Item eiuſdem digitus ad S. Albanum.

31 Corpus S.Agilolphi Epiſcopi Martyris ad gradus Mariæ.

31 Pars Capitis S. Balbinæ Virginis filiæ S. Quirini.
Item Dens eius ad S. Albanum.

Feria ſexta in paraſceue, peplum quo Deipara Virgo Maria velata fuit quando aſtabat filio in cruce pendenti, ad SS. Machabæos.

APRILIS.

21 Cranium S. Anſelmi ad Carmelitas Sanctimoniales.

23 Brachium S.Georgij ad S.Georgium.
Item eiuſdem maxilla ad S.Columbam.

28 Corpus S. Vitalis in Capitolio.

MAIVS

1 Cranium S.VValpurgis apud Patres ſocietatis IESV.

4 Corpus S. Paulini Martyris ad S. Cæciliam.

6 Coſta S. Catharinæ Senenſis ad Prædicatores.

13 Brachium S.Seruatij Epiſcopi Confeſſoris, in Sacello Seruatij.

19 Caput S.Prudentianæ Virginis apud Carthuſianos.

31 Pars

31 Pars capitis S. Petronillæ virginis apud Dominicanos.

IVNIVS.

10 Corpus S.Maurini Martyris ad S. Panthaleonem.
15 Brachium S.Viti Martyris in Carthuſia.
21 Coſta S.Albani Martyris ad S.Albanum.
22 Corpus S.Albini Martyris ad S. Panthal.
22 Caput ex ſocietate S.Achatij.Item de ipſo S.Achatio Os apud Patres Societatis Ieſu.
24 Articulus Indicis S.Ioãnis Baptiſtæ apud Dominicanos. (plo.
29 S.Petri catena & baculus in Summo Tem-
30 Dens S. Pauli Apoſtoli ad S. Gereonem.

IVLIVS.

9 Corpus S. Agilolphi Epiſcopi & Martyris ad gradus Mariæ.
12 Corpora Fœlicis & Naboris Martyris, in Summo Templo.
13 Caput S. Margaretæ virg. & mart. ad gradus B.Mariæ.
Eiuſdem brachium apud Ioannitas.
17 Pars capitis S.Alexij, apud Alexianos.
22 Brachium S.Mariæ Magdalenæ in Carthuſia.
24 Brachium S. Chriſtinæ apud Franciſcanos.
25 Digitus S.Chriſtophori ad S.Cunibertũ.
26 Brachium S.Annæ in Carthuſia.
Item eiuſdem digitus, apud Prædicatores.
Et Cranium apud Minoritas.
27 Caput S.Panthaleonis ibidem ad S. Panthaleonem.

AVGV-

AVGVSTVS.

1 Capita ſeptem Machabæorum, & Salomonæ matris eorum vnà cum cineribus eorundem corporum ad SS. Machabæos.

2 Caput S. Stephani Papæ & Martyris ad S. Cunibertum.

10 Mandibula S. Laurentij apud Carmelitas. Item vertebra vna ſpinæ dorſi eiuſdem apud Ioannitas. & Scabulæ ad S. Andream.

13 Corpus S. Hyppoliti Martyris ad S. Vrſulam.

18 Brachium S. Agapiti Martyris in Summo Templo.

24 Brachium S. Bartholomæi ad Panthaleonem.

30 Capita SS. Fœlicis & Audacti Martyrum ad Apoſtolos.
Item caput, brachium &c. S. Sigillindis virg. & mart. ad SS. Machabæos.

SEPTEMBER.

14 Corpus S. Euergisli Martyris Epiſcopi ad S. Cæciliam.

14 Pollex S. Materni ad Indulgentias Beatæ Mariæ Virginis.

21 Os integrum S. Matthæi ad S. Andream.

22 Caput ex ſocietate S. Mauritij ad Prædicatores.

28 Brachium S. VVenceslai Regis Martyris ad S. Albanum.

OCTOBER.

1 Brachium S. Remigij Confeſſoris ad S. Andream.

1 Bra-

8 Pars Brachij S. Leonhardi in parochia Apoſtolorum.
11 Corpus S. Cuniberti ibidem ad S. Cunibertum.
22 Brachium Sanctæ Cæciliæ, ad S. Cæciliam.
23 Brachium S. Clementis Papæ & Martyris ad S. Cunibertum.
25 Digitus S. Catharinæ Virginis & Martyris apud Teutonicos.
Item de pede eiuſdem, apud Ioannitas.
Item eiuſdem coſta ad S. Andream.
30 Brachium S. Andreæ ad S. Andream.
31 Brachium B. Noithburgis in Carthuſia.

DECEMBER.

4 Pars Capititis S. Barbaræ olim Carthuſianorum, nunc apud Minoritas.
6 Brachium Sancti Nicolai ad S. Cunibertum.
9 Cranium S. Ioachim patris Deiparæ Virginis Mariæ, niſi inciderit in diem Dominicam, ad SS. Machabeos.
11 Coſta S. Damaſi Papæ. In hoſpitali S. Panthaleonis.
13 Pars Capitis S. Luciæ Siracuſanæ apud Gaudentes
23 Caput S. Victoriæ Virginis & Martyris in Carthuſia.
24 Corpus S. Gregorij Spoletani Martyris in Summo Templo.
26 Duo dentes S. Stephani ad Ioannitas.

28 Inno-

28 Innocens puer apud Franciſcanos.
31 Caput S. Sylueſtri Papæ in Summo Templo.

De Veneratione Sanctarum Reliquiarum &c. cum nouiſſimè nemo melius D. Piſtorio diſputarit, labore hoc ſuperſedens, Lectori eiuſdem Directorium Chriſtianorum conſulimus.

FINIS.